

VIRIDARIUM HIEROGLYPHICO-MORALE.

IN QUO VIRTUTES ET VITIA, ATQVE MORES HUIUS ÆVI SECUNdum tres Ordines HIERARCHICOS, *Ecclesiasticum*, *Politicum*, *Oeconomicum*, per definitiones, distributiones, causas, adfectiones, adiuncta, effecta &c. *piè*, *prudenter*, *dextrè ac variè* explicantur, & non tantum dictis, & exemplis historiarum veterum ac recentium, ex sacris scripturis, sanctis Patribus, seu Dd. Ecclesiæ, Poetis, Philosophis, Historicis cum Christianorum tum Gentilium, sed etiam *artificiosissimis Eiconibus hieroglyphicis* illustrantur.

Opusculum novum ac rarum, cuius usum atq; utilitatem præfixa præfatio docebit.

Per

HENRICVM ORÆVM ASSENHEIM,
VVeddorav. ad radices montis S. Iohann. Apost. & Euang. Nauheim. Eccles.

FRANCOFVRTI,
apud Iacobū de Zetter. 1619

B. HIERONYM. in Epl. adversus Vigilantium. Tom. Oper. 3.

Viridarium. *Operis mei est & studii, multos legere, vt ex plurimis* diuersos flores carpam, *non tam probaturus omnia, quam quæ bona sunt electurus. Assumo multos in manus meas, vt à multis multa cognoscam, secundum illud quod scriptum est: omnia probate, quod bonum est tenete.*

B. BERNHARD. CLARÆUALLENS. Sermon. 16. sup. Cantic. Canticor.

Sunt qui scire volunt, eo fine tantū, vt sciant; & turpis curiositas est: Et sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant; & turpis quæstus est: Et sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi; & turpis vanitas est: Sed sunt quoque qui scire volunt, ut ædificent; & charitas est: Et sunt qui scire volunt, ut ædificentur; & prudentia est.

B. AUGUSTIN. Episcop. Afer HIPPON. de Catechisand. rudib. c. 9.

Ita præponendæ sunt verbis sententiæ, ut præponitur animus corpori.

RE-

REVERENDISSIMIS, ILLUSTRIBUS, GENEROSIS, ET NOBILISSIMIS IN CHRISTO PATRIBUS AC

Dominis: Dn. Præposito: Dn. Decano & vniuerſo Capitulo Summæ Ædis ſacræ, Eccleſiæ Cathedralis, ſiue Metropolitanæ, apud S. Archiepiscopalem Sedem Moguntinam: Dominis ſuis Clementiſſimis, & Patronis omni debitorum obſequiorum cultu ſubmiſſæ venerandis.

GRATIAM, PACEM AC MISERICORDIAM à Deo, Patre, per Dn. NOSTRVM IESVM CHRISTVM, in communione Spiritus ſancti, ex hoc nunc & in perpetuum.

SECULUM eſt, *Reuerendiſſimi Patres, Clementiſſimi Domini, PATRONI gratioſiſſimi*, ſeculum, inquam, eſt & quod excurrit, ex quo volantibus vexillis, infeſtis armis, & dubio Marte concurſum ac depugnatum hactenus eſt *de Fide iuſtifica*, & eius forma, cauſis, effectis, &c. Neque adhuc cantatur receptui; quod quam recte quamve ſecus factum ſit, fiatve, arbitrum me modo conſtituere, aut amplius etiam diſceptare inſtituti mei prorſus non eſt, hoc ſaltem liceat mihi bona ſcientia & conſcientia affirmare ac deplorare, eo rem eſſe redactam, ut dum *de fide* digladiamur, & hoſtilibus admodum armis utrinque decernimus, *Divæ Charitatis* & *Theoriam* & *praxin* fere in totum obſoleviſſe, & hunc Eccleſiaſtici cœli phoſtera amabiliſſimum iam plurimos annos miſerandam Ecclypſin pati, idque in omnibus omnino Hierarchiis, ordinibuſve ſacris, nullo omnino excepto, neque arbitror, quenquam bonum atque cordatum eſſe, qui hoc non agnoſcat, apudque animum ſuum mecum deploret, nedum ut inficias ire poſſit: adeo plane

Viuificatur fides, exſpirat Charitas.

incidimus in ea tempora, de quibus Spiritus sanctus præsagit, *Iniustitiam su-*
Mat.24.v.12 *perabundaturam, & defecturam charitatem; fore homines seipsos amantes, cupidos, ela-*
2 Tim.3.v.1.2.3.4.5.6 *tos, superbos, blasphemos,* ἀνοσίους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, διαβόλους, ἀφιλαγάθους, φιληδόνους.
Et quæ sequuntur: hæcque adeo non tam Urbis quam Orbis Christiani,
Ezech.9.v.4 ὡς ἐπὶ τὸ πολυ esse crimina, omnes boni *gemunt* ac dolent. Quocirca nemo
pius dubitat, quin quoquo modo id agendum sit, ut ostracismi damnata
dudum, D. ALMA, chara charitas ab exsulio quã primum quasi postliminio
revocetur, eiusq; Praxis in integrum pristinumq; florem ac nitorem cum
1.Cor.16.v.14 Theoria restituatur, ut, quę *omnibus actibus nostris*, iuxta Apost. *moderari debeat.*

In Ecclesiastico statu, *si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem*
1.Cor.13.v.1.2 *autem non habeam factus sum velut æs sonans, & cymbalum tinniens. Et si habuero pro-*
phetiam, & noverim omnia mysteria, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem,
ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. In secularibus, *si*
1.Cor.13.v.4 *distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut ar-*
deam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Dicam cum *Apostolo* γενικῶς:
1.Cor.13.v.5.6.7 *charitas patiens est: benigna est: non æmulatur: non agit perperam: non inflatur: non est*
ambitiosa: non quærit quæ sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super
iniquitate: congaudet veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet:
nunquam excidit: manet in æternum: & est maior omnibus virtutibus.

B. August. de vera Relig. c. 46 *Ea autem* (ut cum B. *August.* loquar) *est regula dilectionis, ut quæ sibi bona vult*
provenire, & proximo velit: & quæ sibi accidere mala non vult, & illi nolit. Et: *Omnia*
Rom.13.v.10 *præcepta* vastissimo *charitatis* complexu *comprehenduntur. Charitas causa & ma-*
B. Hieron in Epl. ad Gal. c. 5. *ter est omnium virtutum, quæ si desit, frustra habentur cætera, si autem adsit, habentur*
1. Ioh. 5. v. 3 *omnia. Omnia fiunt facilia charitate. Mandatum Dei non habet grave: Aut enim quis*
B. August de laudib. charitatis. *non diligit, & iam grave est, aut diligit, & grave esse non potest. Totam magnitudi-*
nem divinorum eloquiorum & latitudinem secura possidet Charitas, qua
Deum proximumq; diligimus. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscru-
tari, omnia involucra sermonum evolvere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene
charitatem: ibi pendent omnia, ita tenebis quod ibi non didicisti, tenebis & quod didicisti.
Id. B. Aug. ib. *Sicut* enim *radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix omnium bonorũ est cha-*
ritas. Quapropter sectamini charitatem, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua
B. Aug. ferm. 39. de tempor. *dives pauper est, & cum qua pauper dives est. Hæc in adversitatibus tolerat, in*
prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hila-
ris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres
lætissima, inter falsos patientissima. In Abelis sacrificio grata, in Noe per
diluuium secura: in Abrahæ peregrinationib. mãsuetissima: in tribus pueris
iugulãdis ignes innocenter exspectat, in Maccabæis sævos ignes fortiter tole-
rat; casta in Susanna erga virum, in Anna post virum, in Maria præter vi-
rum. Libera in Paulo ad arguendum: Humilis in Petro ad obediendum: hu-
mana in Christianis ad confitendum: diuina in Christo ad ignoscendũ, &c.

Sola

Sola facilis est charitas. Ieiunium [illegible]it iniuriam, Vigiliæ carnem macerant, eleemosynæ labore quæruntur, sanguis in martyrio, quamvis ardeat fides, non tamen sine dolore & timore funditur. Hæc omnia sunt qui faciant, sola charitas sine labore est. *B. Hieron. in comment. in Ep. ad Gal. c. 5*

Hæc charitas subiectum nostrum est, *Reverendissimi Patres, Clementissimi Domini, gratiosissimi PATRONI,* quod præsens hic noster libellus tractat, partim fieri commendans, partim omitti gemens dolensq;. Verbo dicam: Ἀφιλαγαθίαν detestamur ac prohibemus, charam charitatem persuadere satagimus. Quare non litigamus de Authoritate vel *Maioritate* summi in plebe Christi sacerdotis: non disputamus: an & quibus, quomodove expendenda sint in Purgatorii foro supplicia: non rixamur de carnib. vel vescẽdis vel secus, alia res nobis, alia scena q. agitur. *Moralia tractamus.* Dogmatica aut plane nõ attingimus, aut, si qua extremis digitulis libamus, ea dicimus, quæ ex omni parte ἀναμφισβήτητα sunt, & extra controversiæ aleam posita, quocirca & eo confidentius ut in omnium, ita in vestrum singulariter Venerandum atq; Magnificum conspectũ producere gestim⁹. *Subiectum huius libelli per ἀπόδοσιν*

Modum tractandi talem fore confidimus, qui *homine SS. Theologiæ & Studioso & pracone* indignus censeri non possit, *Hieroglyphicus*, nimirum & *Moralis*: nam per hieroglyphicas literas arcanos sensus adumbramus, & sapientibus *pia, prudenti, dextra, variaq;* (quemadmodum titulus nullo jota frustra redundante loquitur) evolutione intimamus. Is autem modus neque novus est *Theosophiæ Professoribus*, neq; singulari sua suavitate, oblectatione, vtilitate, fructuq; caret. Quis n. similitudinib. ἱερογλύφοις, parabolis, eiconibus, picturis, fabulis, & similibus vim maximam inesse neget; at vere *Horat.* *Modus tractandi qualis.* *Cur Hieroglyphicus?* *Horat. de Art. Poet.*

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectando pariterq; monendo,
Hic meret æra liber, &c.

Non is, inquam, ut redeamus, Ægyptiorum mos tantum est, nec soli Niliaci hoc studio ducuntur, imo ne nostri quidem, qui multi sunt, soli, in prophanis, *ipse Spiritus S.* ab Hieroglyphis non abhorrere videtur, siquidem rem æquabiliter & absq; adfectibus æstimare velimus. Quid enim? an non *Iob* θεοπνεύστως: *Interroga* inquit, *iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terræ & respondebit tibi, & narrabunt tibi pisces maris.* *Hiiob. 12. v. 7* *ibid. v. 8*

Quis in sacris tam imperitus est & hospes, qui nesciat, *Aquilam diuinæ prouidentiæ* esse hieroglyphicam. Quis ignorat *serpentes obthurantes aures* ad verba incantatoris typum pręstare *refractariorum verbi diuini auditorum?* quem latet *linguam calumniatricem, novaculæ;* & *labia dolosa illita oleo romphææ* adsimilari? *Serpentinam prudentiam & columbinam simplicitatem ipse Dominus Saluator* in Euangelio commendat. *Formicæ* ἱερόγλυφον est apud Salomonem. *Vitis & olivæ* apud S. Psalmographum. Amorem ac beneuolentiam suam erga Hierosolymitanos & quoscunq; cõmendat *Dn. Salvator* per *Gallinæ alas*, quibus pullos suos tegit. Et quis omnia percẽsere potest? Inde autem perspicue *Deut. 32. v. 11. 12* *Ps. 58. v. 5. 6* *Ps. 52. v. 4* *Ps. 55. v. 22* *Matt. 10. v. 16* *Prou. 6. v. 6* *Ps. 128. v 3* *Matt. 23. v. 37.* *Conf. Iudic. c. 9 v. 8. 9. & seqq.*

 apparet,

apparet, quanta nobis etiam in Sacros. Bibliis huius seges sit. Quisquis ergo putavit hactenus, in profanis tantum scriptoribus extare *Emblemata, Flosculos, pictas sententias, Hieroglyphica &c.* is corrigat mentem. Non est sterilis huius noster agellus, imo feracissimus. Quare qui institutum nostrum improbaverit, is inscitiam potius & oscitantiam suam agnoscat & improbet, & corrigat; consulat idem *canam ac SS. vetustatem*, legatq; B. Patres, Ecclesiæ Prisca Lumina, obvia ubivis *Hieroglyphices* vestigia deprehendet: sat scio.

B. Aug. in Ps. 8. *B. Augustinus Curiosulos huius ævi piscibus maris* adsimilat, qui in profundo huius seculi tantum quærunt temporalia, & discurrũt tanquam magna tractaturi nequicquam. *Id. in Ps. 36* *Impium fumo* comparat. *Id. in Ps. 64* *Anchoram Spei* cum *Apostolo* hieroglyphicum facit. *Id. Ep. 3. ad Iulian.* *Invidiam navigio* inter fluctus jactato pingit. *Id. ibid.* *Avarum inferno* æquiparat. *Id. li. 22. cont. Faust. c. 44* *Concentum scripturarum Harmoniæ* vel *organo Musico* similem esse dicit, &c. *B. Hieronym. Architectantem mala* comparat *sagittæ*, quæ si contra duram materiam mittatur, revertitur in mittentem. *Lyncem* cuius hieroglyph. rei faciat, ex Epl. ad *Chrysogonum Monachum* perspicere est. *Aquilæ* itidem typum vide in c. 1. Mich. *B Hier. Ep. ad Rustic. monach.* Et in Epl. ad *Rustic. Monach.* inquit: *sicut mordet serpens in silentio, sic qui fratri suo in occulto detrahit, &c.* *Id. in Ep. ad Nepotian.* Ut jam desinam de B. *Clemente Alexandrino* in Pædagog. & in Stromatib. & de *B. Irenæo. B. Tertulliano B. Cypriano. B. Origene. B. Athanasio. B. Lactantio Firmiano. B. Ambrosio Mediolanensi. B. Basilio Magno. B. Gregorio Nazianzeno* Theologo dicto. *BB. Cyrillo utroq;. B. Ioan. Chrys. Constantinopolitano. B. Fulgentio Episcopo Ruspensi. Venerabili Beda. B. Bernhardo Claravallensi*, & aliis compluribus, *Vid. Biblioth. Patr. & Stud. Theolog.* ex quibus non nemo tales literas hieroglyphicas studiose atq; affatim conquisivit, in fasciculum compegit, & justa tractatione prosequutus absolvit. Ut omnino saniores inter profanos atq; Gentiles mittam.

Illorum igitur vestigia legimus, premimus, illos imitamur, cum illis loquimur in Eiconibus hisce nostris hieroglyphicis, & arcanos sensus oratione explicata indicamus atq; evolvimus, vt plane inhumanum fore arbitremur, quem hic modus tractandi non moveat. *2. Maccab. 15 v. 40* Sicut enim *vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus*: nec semper graviora legenda sunt, sed fastidium suaviorum & vtilium tamen lectione abstergendum est, quam ad rem hæc nostra appositissime quadrabunt. Quibus explicatis & intellectis eadem opera rationem reddimus atq; reddidimus, quare *Viridarium Hieroglyphico-Morale* inscribere placuerit; *Ratio redditur tituli.* De *Hieroglyphico* jam-nunc plus satis. Bene *Viridarium*, nam *odoratiss. mos flosculos* sentẽtiarum ac rerum cum ex sacris tum ex profanis transplantantes huc insevimus, *Cur Viridarium; ex Hier. advers. Vigil.* plures etiam insituri, nisi chartæ angustia prohibuisset, nihil autem vetat, quo minus quisq; pius, cordatus, ac doctus pro cuiusque ingenii ducta ac lubitu plures huc transferat, inferat. Et hoc *Viridarium* nostrum sibi efficiat instar instructissimi ac locupletissimi, *Topicorum Virtutum* vice fungẽtis, *Topica seu loci communes Virtutum & Vitiorum.* perq; virtutes atque contraria vitia discurrentis *Promptuarii*, *Promptuariũ morale.* in quod quodlibet eximium con-

gregare,& vicissim ex eodem depromere possit, necessitate ita exigẽte. Accedit, quod de quavis fere materia ita dissertavimus, vt de hac vel illa virtute, vel etiam vitio discurrere, vt vocant, volenti, eximia & vtilissima futura sit manuductio. Certe *inventis facile addere est:* Et (vt cum B. Hier. loquar) *in terra aurum quæritur, & de fluviorum alveis splendens profertur glarea. Pactolusq; ditior est cœno quam fluento. Meum propositum est, antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Cathol. Ecclesiæ non recedere: cur igitur me lacerant amici mei?*

B. Hier in Ep. ad Minerium & Alexand. tom. 3. Oper.
Ex omnib. aliquid: vt est 1. Thess. 5 v. 21

Deniq; tempus etiam monet, & jubet Papyri ratio, vt etiam explicemus *finem, scopumq; ac mentem nostram* in inventione hac nostra ϗ πλάσει, & evolutione, quo de etiam supra breviter admodum attigimus: caput & summa est: Virtutem commendamus, taxamus vitia, illam persuasuri, his nigrũ Theta scribimus, & munimus contra ea mentes animosq; cordatorũ, Deiq; timentium. Varios ac multiplices huius mundi mores, machinationesque graphice depingimus, & bonis atque honestis contra fucos præsentissima pharmaca exhibemus. Nemini injuriam inferimus, labem nulli adspergimus, virtutem, vbi reperimus, laudamus in quibusvis; vitia, vbi inoleuerũt, perstringimus, detestamur, missa fieri monemus, in nullis ἰδικῶς, γενικῶς in omnibus: adeoq; neminem, quasi speciatim suggilletur ipse, jure conqueri posse scimus, nisi si quis animum gerat exacerbatum, exasperatum, effascinatum, malevolentia, rancore, invidia, æmulatione, deniq; illis ipsis vitiis, quæ in hoc opusculo maxime reprehenduntur: idem plane propositum nobis quod *Martiali:*

Finis & Scopus huius scriptionis.
Κρέισσον δ' οἰκτιρμῶν φθόνος, *ait Pindar. ad Hier. Sicul. Tyran.*

Hunc servare modum nostri novere libelli,
Parcere personis dicere de vitiis.

Erunt forte.

Martial. Epigram. li. 4. 4.

Si forte futurus sit non-nemo, qui Satyrici crimen mihi obiiciat, cum *Persio:*

Persius Sat. 1.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia ludit;

Eidem iterum ego cum B. Hier. *Nemo*, inquam, *reprehendat, quod in opusculis aliquos aut laudamus aut carpimus. Cum in arguendis malis correctio sit cæterorum, & in optimis prædicandis bonorum ad virtutem studia concitentur. Condemnatio autem malorum, laus bonorum est. Nec detrahere est, verũ dicere.* Quare (eiusdem sunt verba) *Hoc obsecro, vt si mordacius quippiam scripsero, non tã meæ quis putet austeritatis esse, q̃ morbi. Putridæ carnes ferro curãtur & cauterio, venena serpentina pellũt antidoto. Quod satis dolet, maiori dolore expellitur, &c.* Hisce non cõtentis respondeo cũ Poeta:

B. Hier. Ep. ad Marcellin. de laudib. Asellæ.
Id. Epl. ad Nepotian.
Id. Ep. de suspect. contubern. vitand. oper. Tom. 1.

Latratus reliqui canum manipli
Omnes vnius æstimamus assis.

Amara (inquit B. Hier.) *est veritas, nihil igitur mirum, si illi, qui prædicant eam, amaritudine replentur.* Fruimur equidem testimonio bonæ conscientiæ, quod scopus atq; finis hujus nostræ scriptiunculæ fuerit atq; sit: *Prodesse multis, obesse nemini; gloria Dei, bonum bonorum:* quare confidenter cum eodem B. Hieron. exclamamus: *Spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollimur, nec obtrectationibus contristamur; sed ingredimur rectam viam, & tritas à S. Prophetis ac patribus semitas.* Sed! quo delabor?

B. Hier. li. 2. aduers. Iouinian. tom. 2. oper.
Id. Comment. in c. 1 Lament. Ier.

Ad

Προσφώνησις Dedicat. *humil.*

Ad vos autem, *Reuerendißimi Patres, Clementißimi Domini, gratiosißimi PATRONI* conuertor, apud *Vestrarum Reverend. Illustr. & Magnific. Domination.* pulvinaria hoc quicquid est opellæ, depono, memoris certe atq; gratissimi animi σφραγῖδα, quod me nuper *PATRONI,* ad ovilis *Dn. ac Servatoris nostri Iesu Christi,* quod ipsi *Nauhaimÿ* colligitur, pascisturq;, curam, tam benigne atq; gratiose admisistis, atq; adeo hoc gratissimæ recordationis τεκμήριον, cum aliud non liceat mihi, infimorum subselliorum homini, apud *Rev. Illustr. & Magnif. Vestr. Dominat.* deponere summo gaudio fuit, fructum laborum meorum quantorumcunq; abunde præclarum mihi inde retulisse visurus, vbi quam sincero, humili ac *Vestris Rev. Illustr. & Magnif. Domination.* devoto plane animo offero, tam sereno vultu ac gratioso affectu à *Rever. Illustr. & Magnif. Domination. Vestris* suscipietur. *Dn. noster Iesus Christus* salus ac sospitator noster *Vestras Rever. Illustr. & Magnif. Domination.* omni benedictione corporis atque animæ cumulate benedicat, & florentes-vigentes conservet ex hoc nunc & perpetim, quod animitus voveo lucubrans, properans in nostro (imo vestro) musæolo Nauhaimiano. Calend. Mart. 1619.


Rev. Illustr. et Magnif. Vestras
Dominat. humili observantia
& obsequiis colens

Henricus Oræus.

EPIGRAM-

Præsens qui placide pieq; seclum
Vult transmittere, vir bonusq; haberi,
Curis absq; meris, molestiisq;
Is ante omnia maximum Iehouam
Sincere vereatur, atque amet, nec
Non & ante oculos sibi reponat
Verbi iussa salutis, exsequatur
Gnauus officia & vocationis:
Suum diligat intimoq; amore
Proximum, pariter suas agat res:
Non sese ἀλλοτρίοις *det implicatum,*
Vt sortem placide ferat, vel vnum
Curet; diuitiis hiet ne opimis:
Aulai atq; fori pericla mille
Et discrimina sed illus vitabit:
Immittet rigidos subinde frenos
Linguæ, det labiis suis capistrum:
Γλωσσογάστωρ *non agat perinde,*
Quod est esse velit, nihilq; malit,
Esse quenq; sinat, quod est, simulq;
Sic est ille futurus idem & vsq;.
Tum cubilia vitet inquinare,
Et thorum fugiat coinquinatum
Purum à crimine corpus, & sagacem
Conseruans animum, piumq; pectus,
Infami abstineat manusq; furto,
Sensus dirigat atq; cautus actus:
Non sit alterius, suis licet dum
Esse, nemine obesse, adesse cunctis:
Hoc emblemata nostra te docebunt,
Quod ipsum fauet aduouens Oræus.

EX VNO OMNIA.



Omnia diuina subsistunt condita dextra,
Illa eadem Verbo, Flatuq; reguntur Iouæ.
Omnibus hæc ergo prima & siet vnica cura
Debita diuinæ vt dicat præconia MENTI.

A PRINCIPIO PRINCIPIVM.

PANTOPLASTES Deus, qui est PATER, FILIVS, SPIRITVS SANCTVS, vn* essentia, trinus personis, homousiis, homodoxis, homotimiis, † vere ENS ENTIVM & *Deus super omnia benedictus atque laudatus in omne æuum*, Condidit totum hoc vniuersum, *cælum empyræum* cum suis *Archangelis atque Angelis*, Orbes cælestes cum toto ipsorum exercitu, ornatu, virtutibus atque influentiis, *Luce primigenia*, Sole, Luna, Stellis tum erraticis tum fixis, *Aerem* cum volucribus & toto Alituum genere, *terramque* cum eius incolis homine & animantibus vt quadrupedibus ita bipedibus, reptilibus atque insectis, substantiisq; minutissimis: *Oceanum* & maria quoq;, vna cum Balænis & omnis generis piscibus: OMNIA.

Descriptio Dei. *Matt 28 v.19* * *Aristot. in Agon.* *Rom.9.v.5.* *Gen.1.v.1.* *ibid.v.3.16.17* *2.Cor 4.v.6.* *Gen.1.** *Vide August. de Gen. ad lit.* *Iob 41 & 40.* *Ioh.1. omnia per ipsum.*

Condidit totum hoc vniuersum *Pater per Filium* λόγον ὑϖόςατον & *Spiritum vtrique* ὁμοούσιον, ἐνούσιον, ταυτούσιον: sicut dicitur in sacris: *In principio creauit Ælohim, cælum & terram, & Spiritus Domini ferebatur super aquas: Verbo Domini cæli firmati, & Spiritu oris eius, &c.* *Gen.1.v.1.* *Ioh 1.v.3.* *Psal.33.v.6.*

Condidit omnia EX NIHILO. Nulla vel præexistente vel præiacente materia: ipse creauit OMNIA in principio ἐκ τῶν μὴ ὄντων. *Gen.1.v.1.* *Rom.4.v.17.*

Condidit *in principio, temporis*, scilicet, ante quod non erat tempus: tum erat illud principium, antea pura puta æternitas incomprehensibilis. *Gen.1 v.1.* *Conf. Ouid.l.1. Metamor 1.*

Condidit omnia LIBERE, *sed* postquam tamen condidit, *necessario*: Nã libertas non necessitatem sed coactionem excludit. *Rom.11.v.35* ››

Condidit omnia GRATIOSE, nullo præexistente cuiusquam merito: *Quis enim prior illi dedit aliquid, quod retribueretur?* *Sap.11.v.24.* *Rom.11.v.35.*

Condidit omnia POTENTER, potentia infinita, & incomprehensibili, *qua omnia sibi subijcit, omniaq; potest & facit, quæ vult, in cælo & in terra, vltra quam nos vel petere vel cogitare possimus.* *Syr.1 v 1.2.* *Aug. de Gen. ad lit.* *Phil 3 v.21.* *Psal.115.v.3.*

Condidit omnia SAPIENTER, & disposuit *in numero, pondere & mensura*, is cuius *sapientiæ non est numerus.* *Eph.3.v 20.* *Sap 11.v.22.*

Condidit omnia SEX DIEBVS non vno momento, non tantum vt sint, sed etiam vt cursum obtineant ἔμφυτον, quoad ei videretur. *Iob 3 .v.26.* *Gen 2.v.1.* *Hebr.1.v.3.* *Aug de mirabil. scriptura, l.1.c.1.*

Condidit omnia PROPTER *semetipsum*, h. e. ad gloriam suam, bonumque suorum electorum & dilectorum, vt inde reluceret ipsius *Sap.1 .v. 23.*

Gratia qua fertur erga *omnia opera sua*, in primis electos. *Prou.16.v. 4.*

Libertas: quod in manu eius sumus tanquam *lutum in manu figuli.* *Sap 11.v 24.* *Rom.9.v.21.*

Potestas: quod ex omnibus miseriis, quæ, quales, quantæ, cumque illæ sint, adeoque *ex morte ipsa* resuscitare nos possit. *Psal.68.v.21* *Hos.13.v. 14.*

Condidit, conseruat, & regit omnia, sustentatque *verbo potentiæ.* *Heb.1.v.3.*

QVIS TE PRÆTVLIT?



Quod sumus & gerimus diuino munere constat.:
Ex nobis aliud non nisi bulla sumus..
Ergo cuiq; fiet magnæ sua lectio curæ ,
Vt domus officiis stet bene iuncta suis..

Pie vereq;, *Nemo*, inquit Baptistes, *sibi sumere quicquam potest, nisi datum* Ioh.3.v.27.
sit ei cœlitus. Figurat id nostrum Emblema: Nam in medio Ecclesiasticus seu ,,
persona quædam *Ecclesiastica*, Episcopusve, *cum Pileo seu Infula & pedo Episco-* ,,
palibus sursum arrecta dextra cœlitus sibi datum librum captans, probare nititur.
Diuinitus dari sacros ordines, & cognitionem ad ministeria Ecclesiastica 2 Cor.2.v.3.
functionesque scholasticas necessariam. *Quis enim ad hæc munia idoneus?* Ne-
mo certe. *Quis te prætulit?* Deus. Omnes necesse habemus cum Apostolo fa- 1.Cor.4.v.7.
tendo gloriari, & gloriando fateri: *Gratia Dei sum, id quod sum.* Et: *Neque qui* 1 Cor.15 v.10.
plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Discrimina donorum 1.Cor.3 v.7.
sunt, sed idem Spiritus. Discrimina ministeriorum sunt, sed idem Dominus. Discrimina 1.Cor.12.v 4. ibid.v.5.
Facultatem sunt, sed idem est Deus, efficiens eas omnes in quibusvis. Vnicuique vero da- ibid.v 6.
tur declaratio Spiritus ad vtilitatem. Spiritus Patris loquitur. Loquebantur, iniquiunt Matt.10.v.20.
Actus Apostolici, *prout cuique Spiritus dabat eloqui.* Verbo dicam: *Nemo sibi su-* Actor.2.v 4. Hebr.5.v.4.
mit honorem. Adeo quidem vt ipse *Dominus & Saluator* de vocatione & donis, Ioh.10 v.35.
augematibusq; excellentissimis secundum humanam naturam glorietur, 36.37.
nec ab similiter Prophetæ atque Apostoli.

Claudit huic dextrum latus *Vir paludatus, vel chlamydatus, idemque sur-* ,,
sum extensa dextra, è cœlo sibi porrectum ensem arripiens significare satagit, etiam ,,
magistratus recognoscere Deum authorem ac superiorem, nec sibi ipsis ac- Syr.10.v.4.5.
ceptum referre honorem istum, sed soli & vni *Archontotethæ* DEO, cui omnes
etiam Maximi supplicare & homagium præstare obligantur. *Omnis potestas* Rom.13 v.1.
à Deo est: Vnde & nomen Deorum cum Deo vno & solo participant. *Deus* 2.& seqq.
instituit reges, & transfert Regna; Ideoque *sub DEO* sunt, exemplum præeunte Ps.82.v.6. Dan.2 v.21.
Vice-Rege Ægypti Iosepho: quod ipsum ipsi efferunt diplomatum proœ- Gen.50.v.19.
miis: *Nos*, inquiunt, *Dei gratia*. Denique

Sinistram stipat *vir rusticus superne delatum ligonem eleuata dextra sumptu-* ,,
rus, indicat: Esse se diuino munere, qui sit; nec suum se sibi fictorem facto- Ps.100.v.3.
rumve esse, sed diuina sibi gratia locum adsignari.

Quæ cum ita se habeant, quis non videt in id sibi incumbendum to- Vsus.
tis viribus; quod diuino sibi munere, mandatum esse sentit: vt ille loquatur
λογιὰ Θεοῦ. Iste *feliciter imperet*. Hic *in sudore vultus sui mãducet panem*. Omnes au- 1.Pet.4.v 11. Rom.12.v.8.
tem & singuli splendorem sui ordinis & operis in timore Domini agnoscãt, Gen.3 v 19.
faciant officia singuli vocationum, *& vt quisque accepit, ita alius in alium illud*
(donum suum) *administret, vt boni dispensatores variæ gratiæ Dei*: istud tenen- 1.Petr.4.v.10. Eph.6.v.8.
tes, *singulos quicquid fecerint boni, hoc reportaturos à Deo*, in nouissima de gesta 2.Cor.5 v.10.
dispensatione reddenda ratione, *& cui multum concreditum fuerit, ab eodem* Luc 12. v 48. Matt.25.v 23
multum flagitatum iri: qui autem in minimis fidelis fuerit, eum super multa consti-
tuendum fore.

REGINA PECVNIA.



Et genus & formam Regina pecunia donat,
Omnia facit pecunia.
Excæcat magnos, Medioxymosq;, & Paruos:
Quid non potest pecunia?

Sapientes sapienter credunt ita sapienti: *Pecuniæ obediunt omnia.* Aureum est hoc & argenteum seculum, auro ducuntur omnes status & ordines, auro capiuntur & argento magni, parui, medioxymi; auro denique & argento reguntur summa & ima. nec abs re est, quod *Regina* titulo *pecuniam* ornat Vates Venusinus Horatius. Quid enim? An non auro temeratur illibatus verbi diuini honos? Certe: vel ipso Domino teste: *Sacerdotes pretio docent, & Prophetæ pecunia diuinant; interea Iehoua nituntur, dicendo: An non Iehoua in medio nostri est, non superueniet nobis malum.* Vireret adhuc intemeratus flos diuinæ veritatis, absque pecunia & opimis præbendis si esset: Auro inflectitur rectus iuris bacillus, & Nomothetæ *muneribus excæcantur, vt absoluant impium & condemnent iustum*, hi *furum socii* sunt, de quibus Propheta Euangelicus: *Quomodo effecta est meretrix vrbs fidelis? & plenissima iure, in qua iustitia pernoctabat, ea nunc homicidarum plena est? Argentum tuum abijt in scorias, merum tuum inspurcatum est aqua; Principes tui contumaces & socij furum; vnusquisque amat munus & sectatur retributiones, &c.* In vita ciuili seu communi, quid non fit auri fame studioq; vt non immerito exclamare libeat, liceat: *auri sacra fames quid non mortalia cogis pectora? Mortalibus nil charius pecunia, atq; inter homines vna plurimum valet.* Vnde iterum alius intonat:

πάντ' αἰσχρῶς κέρδη συμφέρεις ἐργάζεται. Horat. Epistol. li. 1. ad Numicium. Mich. 3. v. 11. Exod. 23. v. 8. Syr. 20. v. Prou. 17. v. 15. Esa. c. 1. v. 21. ibid. v. 22. ibid v. 23. Conuersum ex Euripid. Phœniss.

Proh vt nihil sanum reperias vspiam!
Sed pariter omnes seruiunt victi lucro!

Aristoph. in Plut.

Auro blasphematur nomen Dei. Auro fiunt parricidia ministrorum. „
Auro excitantur seditiones. Auro patrantur homicidia. Auro committun- „
tur stupra, adulteria, incestus. Auri studio exercentur latrocinia. Auro fe- „
rũtur falsa testimonia. *Aurum & argentum, anima sunt & sanguis mortalibus, hoc qui caret, nec sibi parauit sedulò viuos hic inter, mortuus circum ambulat.* Ex Ep. Senec.

Pudor per aurum soluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit.
Legesq; & ipsæ intercidunt.

Prudent in Hymn. de S. Laurent.

Si ius violandum est, auri (regnandi) *gratia violandum est, in cæteris pietatem colas:* Ex Plaut.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer,
Nemo an bonus; an diues omnes quærimus.
Aut diues opto viuere aut pauper mori.

Senec. l. 3 Epistol. ex al. cit.

Verum, heus tu, bone, quid vanius auro; quid fluxius argento; quid denique fragilius pecunia? adeò vt, *si vel totum mundum lucreris, iacturam animæ patiare. nam aurum & argentum non vindicant in die iræ, imo testabuntur aduersus cultores, adeo pretiosa est redemptio animæ.* Quare *si diuitiæ affluant, noli apponere cor, auri massa caue sacra facias, nec spem ponas in pereuntibus diuitiis, sed in solo Deo viuo. Ibi thesauriza, vbi thesaurus manet æternum.*

Matt. 16 v 26. Iac. 5 v 3. Psal 49. v 9. Ps 62. v 11. 1. Tim 6 2. v. 17. Matth. 6. v. 2?

PECCA-

PECCATA GRASSANTIA.



Infima cum summis miscentur, turpia dictu
Facilia factu nemo est qui pudori habet
Inde grauem Ecclypsin Ecclesia, Curia, Priua
Patitur. Beatus, ille est qui minimis studet.

Summa totius huius emblematis consistit in illo Hoseæ dicto, capite
quarto, cum quo vocem tollere lubet: *Audite Verbum Iehouæ* (ô populares!) *Hosea 4. v. 1.*
nam contentio est Iehouæ cum habitatoribus terræ huius, quod nulla sit fides, nullaq; be-
nignitas, & nulla agnitio Dei in hac terra. Peierando & mentiendo, & occidendo, furan- *ibid. v. 2.*
doq; & adulterando effringunt legem, & cædes aliæ aliis sunt contiguæ. Propterea luge- *ibid. v. 3.*
bit hæc terra, & languebit quicquid habitat in ea. Talia plane, ô diuine Hoscheha, *Exclamat.*
sunt tempora nostra, ad quæstus collata tuos, ouum vt ouo similius esse
non possit, tempora quam sunt nostra tuis.

Vis & violentia primum locum occuparint. *Pellitur è medio* iustitia & *Sa-* *Sueton in*
pientia, vi geritur res: Perstrepit illud Caligulæ: *Oderint dum metuant, quod acina-* *vit. Calig.*
ces tibi cũ cruento imposito capite significare debet, cędes aliæ aliis sunt cõtiguæ, *Philip. in chronic.*
cædes, in quam, *cordis*, odium, inuidia æmulatio. *cædes oris*, mendacia, calumnia *1. Iob 3. v. 5.*
obtrectatio: *cædes* deniq; *operis*, persecutio, oppressio, cruentatio. *Ierem. 18. v. 18.*

Scortari, stupra adulteria, incestus committere turpe non esse putant, *Terent. in Heautontim.*
adeo frequenter, licentiose, & impune etiam, quod mali caput est, perpe- *Ierem. 5. v. 7.*
trantur, adulterantur, & *domum meretricis turmatim conueniunt, vt equi pasti* *ibid. v. 8.*
sunt, cum mane surgunt, quisq; ad vxorem proximi sui adhinniunt.

De *superbia* & *ambitione* si dicere connitar, verbis facta æquare scio,
non sufficiam, ita plerique *primas in congressibus & consessibus captant*, & plus *Pharis. Matt. 23. v. 6.*
de se, quam oportet, sapiunt, quod *patulæ pauonis cum impositis aristis pennæ*, *Rom. 12. v. 3.*
manifestum faciunt.

Ad hunc modum tota mundi sphæra *æruginem induit*, obscuratur &
patitur Ecclypsin perpetuam per continua crimina, vitia ac turpitudi-
nem.

Luce quidem sua radiat *verbum*, & flammas longe lateque eiaculatur
suas, sed nemo curat, nemo suscipit, nemo cognoscit, *Lucet lux in tenebris, sed* *Ioh 1 v 5.* *Hos. 4. v. 1.*
tenebræ non comprehendunt, adeo nulla est Dei cognitio in mundo hoc.

Crescit *auaritæ studium* indies, & ingrauescit *habendi insana libido*, vnde *Crescit amor nummi. Iuuẽ.*
fas nefas pari trutina librantur, & æqua lance.


Iniustitia sumit incrementa per momenta, *fides* autem *per charitatem ef-* *Satyr. 14.*
ficax labascit & refrigescit: *Multis annis iam peractis nulla fides est in pactis, mel in* *Matt 24 v. 12*
ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis. *Gal 5. v. 6.*

Quare cum crescant delicta, pœnas etiam crescere, & vltionem diui- *Porisma.*
nam non morari credere fas est: Impleta enim mergitur vrna.

Vigilantibus ergo esse nobis conuenit, nec τούτῳ τῷ αἰῶνι συσχηματίζεσθε, *Mar. 13. v. vl.*
iuxta Apostolum: ἀποκαραδοκοῦντες ἐπιφάνειαν χριστοῦ, cuius Aduentum tam acce- *Rom. 12. v. 2.*
lerare consentaneum, quam vera est Domini saluatoris assertio: *Quæ cum fie-* *Rom. 8. v. 20.* *Tit. 2. v. 13.*
ri videatis, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε, *quoniam redemptio vestra prope est. Beatæ autem* *Luc. 21 v. 28.*
prudentes virgines, serui que fideles, omnes ardentes gestantes lampades semper parati, *Matt. 25. v 1. 2. &c.*
ibunt in occursum sponsi & introibunt ad æternas nuptias. *Luc. 12. v. 35.*

EMBLEMA

CAPTIVA VIRTVS.



Laudatur virtus ſed non transfertur ad vſum,
Dic mihi, quid, quæſo! vanius eſſe poteſt?
Horrida diuinæ quis non incendia ſentit
Iræ? quis vero nunc reſipiſcit? ai;

De

De extremis temporibus os Dei, Sapientia Patris, veritas ipſa, Dn. Ser-
uator noſter, ita ait: *Scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt* Matth. 24. v. 10
inuicem: abundabit iniuſtitia, refrigeſcet charitas. Subſcribit Dn. Saluatori Orga- ibid. v. 12
non electum: *Hoc*, inquit ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum, Diſci-
pulum & Filium in fide γνήσιον: *Hoc ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempo-* 2. Tim. 3. v. 1
ra periculoſa; & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentib. ibid. v. 2
non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine adfectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, im- ibid v. 3
mites, ſine benignitate, Proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores, magis quam ibid. v. 4
Dei: Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Concludit ibid. v. 5
(in ore enim trium conſiſtit omne verum) os Apoſtolorum: *Scitote primum,* 2. Pet. 3 v. 3
quod venient in nouiſſimis diebus in deceptionem illuſores iuxta proprias concupiſcentias
ambulantes. Hos tales depingere, & viuis coloribus depictos ob oculos no- *Probitas laudatur & alget: ait Iuuen. Satyr. 1.*
bis ſtatuere præſens conatur ἔμβλημα.

Manicas ſimul ac pedicas patitur *chara charitas, captiua tenentur virtutes.* CAPTIVA
charitas omnibus in ore verſatur, ſed pedicis irretita in cor deſcendere non CHARITAS
permittitur; Excidit enim huic peruerſo ſeculo illud Ioannis: Τεκνία μου· μὴ ἀ- „
γαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ: Vt de chara charitate vſurpare li- „
ceat illud *Iuuenalis:* 1. Ioh. 3. v. 18. *Iuvenalis. Satyr. 6.*

Rara auis in terris nigroq; ſimillima Cygno.

Oſtraciſmi rea ſemel peracta eſt, ab exſulio immerentem nemo reuo- *vid. Eraſm. in Chiliadib.*
cat, ab ἀσπόνδοις hoſtibus conſtricta præſeruatur: inuidia, dico, & auaritia.

Inflatis multi buccis optume-meritæ præconia dicunt virtuti, capti-
uitate tamen non exonerant, ſed quo mage commendatur, hoc mage pre-
mitur: *Speciem virtutis habentes, virtutem eius abnegant.* Pulpita obſederunt, te- 2. Tim. 3. v. 5
nentq; clauos ἀνάρετοι, doloſi, hypocritæ, auari, μισθόδουλοι, ἀνθρωπάρεσκοι, *om-*
nium horarum homines, indocti, quorum Deus venter eſt, huius ſeculi homines, qui pal- Phil. 3 v. 19 Pſ. 17. v. 14
lia, quod aiunt, ventorum intemperiæ accommodate obuertere ſciunt:
Virtus non tam ſpernitur, cum ſuis clientibus (quod ferri quidem poſſet)
ſed premitur, proculcatur, demergitur. Optume ſenties, ſi mecum ſenties:

Quod ſis eſſe velis, nihilq; malis. Martial l 10. Epigrammat.

Et praxi dona illud Spiritus S. per calamum Dauidis ſonori: *Noli amu-* Pſal. 37. v. 1
lari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem: Quoniam tanquam fœnum
velociter areſcent, & quemadmodum herba cito decident: Tu vero delectare ibid. v. 7
in Domino, & dabit tibi petitiones
cordis tui.

ARBOR VITÆ CHRISTVS



Planiciem quærit, vitat prærupta viator;
Indagat gratam fessus arator opem.
Planicies Christus cæli est, atq; vmbra salutis.
Nec venit ex alio lux, via, vita, salus.

Quod

Quod Dominus Saluator apud Matthæum, *Venite*, ait; *ad me, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & dis- „ cite à me quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, „ quoniam suaue est iugum meum, & leue meum onus*: hoc ipsum ad oculum de- „ monstrare nititur emblema præsens, sub typo *arboris à qua Christus pendet*, cum inscriptione: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. Non est absonum à sacris hoc ἔμβλημα; dicitur enim Christus: *Surculus ex radice Iesse*. Vocatur non tantum *Iehouah iustitia nostra, sed & Germen Dauidis*. Nam

Matt.11.v.28 *I.N.R.I.* *Esa.11.v.1.* *Ier.23.v.5.6.7.* *2.Cor.5.v.18.*

Arbor summa & ima coniungit: Reconciliat Christus cœlum & terram, Deum & homines, vnitque.

Arbor semitam q prabet ad superiora. Ita Christus est *via, veritas & vita, nemo venit ad Patrem nisi per ipsum*. Estque adeo vere *scala* illa *Iacobæa*, per quam adscendimus ad patrem.

Ioh.14.v.6. *Gen.28.v.12.*

Arbor extendit ramos ad quatuor partes orbis: ita Iesus Christus crucifixus prædicatus per quatuor partes orbis terrarum, *Gentibus, stultitia: Iudæis, scandalum: sed vis saluifica, omnibus fidelibus*.

Matt.28.v.20. *1.Cor.1.v.23.24.*

Arbor etiam sub terram spargit radices: Nam *à morte* etiam redimit nos Christus & resuscitabit *de puluere terræ* in nouissimo die: *in Christo omnes viuificantur*.

Hos.13.v.14. *Iob.19.v.25.&c.* *1.Cor.15.v.22*

Arbor præbet gratam vmbram fessis, anhelisque. Ita Christus in omnibus aduersis gratum solatium: *In æstu peccati* est nobis vmbra iustitiæ: *In feruore iræ* est nobis refrigerium gratiæ: *In calore precum*, est nobis solamen certæ exauditionis: *In contentione laboris*, est nobis dulcis quies: *In errore profectionis*, est nobis regia via: *In tenebris ἐπιπροδοξιῶν*, est nobis salutifica veritas: *In tentatione* opacat solatio spiritus: *in morte* refrigerat vmbra Passionis: *in cruciatibus Gehennæ* præbet gratam vmbram æternæ felicitatis; humiliores sunt omnes humanæ myricæ, quam vt nobis vmbram vitæ, pietatis, iustitiæque coram Deo, æternæve salutis præstare possint. Quare verbo dicam cum Phostere Mediolanensi: Omnia nobis Iesus est, si volumus. Curari deside ras; medicus est: si Febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate; iustitia est: si auxilio indiges; virtus est: si mortem times; vita est: si ire desideras; via est: si tenebras fugis; lux est: si cibum appetis; alimentum est: gustate igitur & videte, quoniam suauis est Dominus!

1.Cor.1.v.30. *2.Cor.5.v.18.* *Ioh.16.v.23.* *Matt.11.v.29* *Ioh.14.v.6.* *Ambr.lib.10. de Virgin.*

SIMPLICITAS CORONATVR.



Liuida vesani spernas opprobria vulgi,
Rancorisq; tui sit Medicina Λόγος:
Verbum namq; tibi pedibusq; Lucerna tuis est,
Et fax. Non errat qui hoc duce carpit iter.

Miræ, nec vnquam ſatis decantatæ cum corporis tum animi tarditatis *Sis aſinus,*
animal eſt aſinus, vt multis inde dicteriis ortum locumq; dederit, vt ſi ho- *quem ubique*
minem tardum, rudem, ἀπαίδευτον dicere velis; *Aſinũ, Aſinum Theſſalicum, Aſini* *aſinum ſors*
indoctiorem, &c. voces: Vtut autem contemptum ſit hoc animal, eſt tamen *aſpera fecit.*
multorum in animali rationali exemplar & typus. Eſt enim ſimplex. Ἄχολον. *Aſini propria ſeu laudes.*
Naturæ ductui à Deo ingenito obſequens. Tanto affectus impete ad fœ-
tum ὁμογενῆ rapitur, vt medius per ignem eius gratia feratur. Iuſti æquique
tenax. Non nocet morſu; non lædit calce; ſed potius ictus & verbera pati- *Marc.11*
tur, ſubinde ad plura excipienda paratum. Vnde nec Chriſto equite ac ſeſ- *Matt 21*
ſore indignum.

Aſino certe quouis (liceat barbarizare) aſiniores ſunt, qui vel ab aſi-
no has virtutum vmbras ad rem & corpus transferre non conantur.

Simplicitas, à Chriſto ipſo commendatur, & iniungitur, vt optume cre- *Matt. 10.c.*
dere & optume ambulare putetur is, qui ſimpliciter credet & ambulet, abſ-
que *carnali ſapientia*, quæ ſtultitia coram Deo eſt, & ab eodem confunditur. *1.Cor.1.v.30*
Vide ſis autem, ne dum ſimplex haberi vis, duplex euadas vel omnino ,, *NB.*
ἄλογος.

Ita enim ſimplex eſt, vt *ductum ingenitum* à Deo ſequatur: tu lucem &
Ducem λόγον ſequere, & nunquam errabis.

Ad ὁμογενῆ, ad fratres, ad proximum, ſingulari te amoris adfectu trahi, *ὁμογενὲς.*
diuinum eſt. *Dei genus es, hunc diligere ante omnia, ſuper omnia, poſt omnia*, eumq; *Act.17 v.28* *Deut.6.v.5*
propter ἀδελφὸν amare ὁμογενῆ debes, *ſicut teipſum*, id niſi feceris, *ſub homicida-* *Leuit.19.v.18*
rum cenſum cades.

Iuſtus vt ſis & habeare, iuſti, æquique tenax eſſe debes, & ſuum cuiq; *1.Ioh.3.v.18*
tribuere. *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.* *1.Ioh.3.v.7*

Morſu oris lædere debes neminem, falſum teſtimonium non dicere, men- *Exod.20*
daciis non ferire, calumniis non lacerare. *Deut.5*

Impetitus non recalcitrare: Laceſſitus non reuerberare: maledicta, male- *1 Pet 2.23*
dictis; iniurias, iniuriis; damna, damnis; non cõpenſare *ſed bono malum vince e.* *Rom.12.v.21*
Et id teneas, te ad plura atq; maiora ſuſtinenda Leg. Chriſti obligari quę eſt:
ſi quis te percuſſerit dextram maxillam, præbe illi & alteram. Non excidat *Aſini* Apo- *Matt.5.v 39*
logus.

Sedet pro confeſſionibus audiendis θηρίο-Ἄρχων Leo, audit & abſoluit *Apologus de Leone confeſ-*
Lupum ἐξομολογοῦντα, rapinas ouium: Confitentem Laniatus anſerum *ſionario.*
&c. Vulpem, & alios id genus, conſueta abſolutione: *Tace frater mihi* ,,
& tibi hæc ſunt communia. Aſinum, quod manipulum fœni caſu delapſum vo- *NB.*
raſſe fateretur, ſolum ſublimem rapi & in crucem à lorariis agi iubet. *Intel-*
ligis quo tendam? *Matt 10. v.16*

Quare ad verbera te para, qui Chriſti diſcipulus clues: *Mitto vos*, inquit, *Qui leniter*
vt oues in medium luporum. Fieri non poteſt quin lupus in infimo fontis loco *ſor. em ferre ſcit ille ſapit.*
iuxta ſe ſtantem agnum turbatæ aquæ reum peragere ſatagat. *Apolog de lupo & agno.*

INGE-

INGENIVM VERÆ AC SALuificæ fidei.



Perpetuas tibi fundit aquas fons viuus, & vſum
Multiplicem præſtat vena perennis aquæ:
Sic fidei veræ ſoboles dilectio præſto eſt,
Corpus vt vmbra, fidem ſic comitatur amor.

Pie ac vere *August.* *fides*, inquit, *est bonorum omnium fundamentũ: Fides est humanæ salutis initium, sine hac nemo ad filiorum Dei numerum potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro vitam possidebit æternam. Est autem* fides (vt idem inquit *Augustinus*) *credere in eum qui iustificat impium: credere in Mediatorem sine quo nemo reconciliatur Deo: credere in Saluatorem, qui venit quærere & saluare quod perierat, &c.* Certe: *sine hac fide impossibile est placere Deo:* quin *sine ea quæ fiunt, in peccata conuertuntur omnia:* Per hanc *fidem* Dominus & *Saluator noster potestatem dedit filios Dei fieri, omnibus, qui credunt in nomen eius. Fides nobis imputatur ad iustitiam. Fide viuimus. Fide stamus. Fide purificantur corda nostra. Filij Dei sumus* ac manemus *per fidem, per fidem habitat Christus in cordibus nostris. Fide* nemo perit, sed habet *vitam æternam. Fides* in Christum *est victoria nostra, qua vincimus* satanam, mundum, adeoque propriam nostram carnem. *Fidei* denique *finis est salus animarum.* In hac *veste nuptiali* comparemus coram Deo, huius adminiculo clamamus: *Abba Pater! Hic ocellus* est, qui intuitur Christum. Hæc est *auris*, quæ audit Christum. Hę *salutifica dextera* est, quæ apprehendit Christum ad dextram Patris in cælis sedentem, eumque tenet. *Hoc pede*, currimus ad Christum. *Huius complexu*, ipsam q. æternitatem concludimus. Fons viuus perennis aquæ fides est, cuius *aquæ saliunt in vitam vsque æternam. Arbor optuma* est, quæ non nisi optumus ædere fructus potest. *Opus autem est & donum Dei*, quod mediante sacro sancto ministerio Verbi in cordibus incendit Deus per Spiritum suum sanctum: Quare hæc *pretiosissima vnio* non nisi in agro Euangelico foditur, effoditur. Oleo sacramentorum nutritur. Precum subsidio firmatur. Per tribulationes & calamitates exercetur. Per spem & charitatem manifestatur: per intercessionem Christi conseruatur in vita tentationibus, & morte. *Tria igitur considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. SCIO cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promissione, quia potens in exhibitione. Hic est funiculus triplex, qui difficulter rumpitur* Hæc est fiducia, qua *Abraham* immolaturus, qua placuit *Abel*, qua arcam ædificauit *Noa*, qua luctatu *Iacob*, (vt emblema nostrum liquido demonstrat) qua eminuit *Ioseph*, qua opprobria tulit *Moses*, qua *sancti* vicerunt regna, qua denique *saluati sunt* omnes sancti, quotquot iam inde à condito orbe, adhuc, & vsque in æternum beatitudinem obtinuerunt, obtinent, obtinebunt æternam. O thesauris omnibus opulentior fides, ô virtutibus corporalibus omnibus fides fortior!

Aug in Prol. lib de fid. ad Petr Diacon.
Aug. lib. de vera Innoc. c. 352.
Hebr. 11. v. 1
Hebr. 11. v. 6
Rom. 14 v. 23
Ioh 1. v. 12
Gen 15. v. 6
Rom. 4 v 3
Habac. 2. v. 4
Rom 1. v. 17
Rom. 11. v. 20
Act. 15. v. 9
Gal 3. v. 26
Ioh 3 v. 15. 16
1. Ioh. 5. v. 4
1 Petr. 1. v. 9
Matt. 22. v. 12
Iustin. Ep. ad Diognet.
Bern serm. 2. de Magis.
Aug in Ioh.
Cant. 1. v. 4
Bernar. super Cantic.
Ioh. 7 v 37
Matt. 7. v. 18
Ioh. 6. v. 29
Eph. 2. v 8
Rom. 10. v. 17
1. Cor. 3 v 34
Matt. 13 v. 46
Rom 4 v. 11
Luc 17. v. 5
2. Cor. 1. v. 9
Luc 22. v 32
Bernh. serm. 3 de 7. fragm.
Vsus Scio.
Heb. 11. v. 17
ibid. v. 4
ibid v. 7
ibid v. 22.
ibid v. 23
ibid. v. 33
Act 15. v. 11
Ambr. l. 1. de virginit.

EMBLEMA
INDOLES CHARITATIS.



Sustinet incursum cataclysim saxea moles,
Imprimis ferro conglomerata graui:
Sic mens diuini bene conglomerata fauore
Flaminis, aduersum stat Phlegetontis aquas.

Sine charitate potest quidem fides esse, sed non & prodesse, non Afrorum tantũ sed totius quoq; Christiani Orbis Episcoporum ocellus *August.* infit. Propter quod & Apostolus Paulus, *in Christo* (inquit) *Iesu neq; circumcisio aliquid valet, neq; praeputium aliquid valet, sed fides quae per dilectionem operatur.* Hæc est ea dilectio, quæ fidei soboles & æmula hic *saxea mole nixa considet, dextra charam sobolem, sinistra librum cum cruce tenet, iungitq; omnia Patientia Hieroglyphicus agnus, inumbrante cœlesti & mitissima-diuina Columba Spiritu S.* Id vero significare vult ἔμβλημα nostrum, dilectionem fide vera niti tanquam rupe, eamq;, vt sit vera, è fide saluifica manare oportere, *à qua formetur*, quæque per hanc (aiente Apostolo) sit efficax: est vera charitas quæ ad ἀκρίβειαν diuini canonis exigitur atq; exercetur: Tincta in cruce & sanguine Christi, per quem omnia cogitata, dicta, & facta nostra accepta redduntur ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πατρός. Piam sane ac lepidam Picturam! *Ostende enim mihi fidem ex operibus* charitatis & sufficiet mihi; aut *mortua* fides & *simulacrum fidei* erit, aut operum monilibus redimita ouabit, *Operum* autẽ, inquam, *DILECTIONIS. Dilectio fortis est, vt mors, durus vt sepulcrum zelus; Prunæ eius prunæ sunt, ignisq; flamma diuina. Aquæ multæ non possunt extinguere dilectionem, nec flumina inundabunt eam: Si daret quis totam substantiam domus suæ pro hoc amore, plane contemneretur. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens. Et si habeam Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnemq; scientiam, & si habeam totam fidem, adeo vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si insumam alendis egenis omnes facultates meas, & si tradam corpus meum vt comburar, charitatem autem non habeam, nihil iuuor.* Hæc est *caput* & apex *præcepti* illius noui Dn. Saluatoris. Hac *discipuli eius* cluemus. Hac *legem* eius *implemus*. Hæc *moderatrix sit omnium consultationum*, actionum, passionumq; simul nostrarum. *Hæc patiẽs est: comis est: non inuidet: non est insolens: non inflatur: Nihil vt indecorum fastidit: non quærit quæ sua sunt, non irritatur: non cogitat malum: non gaudet de iniustitia: gaudet aũt de iustitia: omnia suffert: oĩa credit: omnia sperat: oĩa sustinet.* ab hac vtranq; ꝙ aiunt, faciamus paginam. Ab hac Dn. Saluator Iudicium suum olim auspicabitur, consummabit, exequetur. Hæc *maxima est*, æternũ durans. *Vide ergo quam multa & quam magna desint, nihilq; prosint, si hæc vna defuerit. Charitas causa est & mater omnium virtutum, quæ si desit frustra habentur cætera, si adsit, habentur omnia. Omnia fiunt facilia charitate. Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum & latitudinem secura possidet charitas. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia involucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, ibi pendent omnia, ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti.*

D. Tr in li. 15. c. 18.
Gal. 5 v. 6
Sensus emblematis huius.
Quæ sit vera & non ficta nec hypocritica charitas.
Iac. 2. v. 18
Cantic. Canticor. c. 8. v. 6.
ibid v. 7
1. Cor. 13. v. 1.
ibid. v. 2.
ibid v. 3
Ioh. 13. v. 34. & c. 15. v. 12
Rom. 13. v. 10
1. Cor. 16. v. 14
1. Cor. 13. v. 4. 5. 6
5. Encomia 6. Charæ 7. charitatis.
Matt 25. v. 31. & seqq.
1. Cor 13. v. 13.
August. l. 1. de baptis. contr. Donatist. c. 5
Idem de laudib. charit. ab init.

SPES NON CONFVNDIT:



Omnibus in lingua est: Spes non confundit at illa
Non est in mundi Spes iacienda bonis:
Spes non confundens cælestia munera spectat,
In viuo & ſolo Spes ouat vna Deo.

Chari-

Charitatem sequitur spes, illa fidem, hæc illam: *Est autem spes diuinitus infusa virtus, qua promissionibus diuinis in Christo de futuris beneficiis alacriter inhiamus.* *Spes quid sit.*

Breuis illa quidem sed admodum luculenta spei descriptio.

Causa efficiens SPEI est *Spiritus S.* sicut dicitur: *Benedictus est, & Deus Pater Dn. nostri Iesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos in SPEM viuã.* Fructus Spiritus sub vocabulo ὑπομονῆς. *Gal.5.v.22. 1.Pet.1 v.3. Gal.5 v 22. 1.Thess.3.v.5.*

Subiectum SPEI est cor.

Obiectum: Christus qui rupes nostra: *in Christo*, qui *Petra* & *fundamentum.* *1 Cor.10.v.4. 1.Cor.3.v.11.*

Causa instrumentalis est *verbum* Dei, in primisq; *promissio gratiæ.* *2.Thess.5.v.5.*

Forma: patiens exspectatio futurorum bonorum. *Rom.8.v.24. 25.26.*


Materia: Futura bona cum corporis, tum inprimis animæ, quæ non videntur sed sperantur. *Spes enim non est visibilium, sed inuisibilium. spes si cernatur non est spes: quod autem quis cernit, cur speret? si vero, quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus.* *ibid.*

Præclare certe & omnino Christiane de spe *Augustinus*; *Audite*, inquit; *& discite & tenete, quæ sit spes Christianorum. Quare sumus Christiani; Non enim adhoc sumus Christiani, vt terrenam nobis felicitatem petamus, quam plerumq; habent & latrones & scelerati. Ad aliam felicitatem nos sumus Christiani, quam tunc accipiemus, cum vita istius seculi tota transierit. Ergo promittitur nobis & carnis resurrectio, &c.* Et idem alibi: *Tribulatio nostra in præsenti seculo, spes vero nostra de futuro seculo: & nisi in tribulatione præsentis seculi, consoletur nos spes futuri seculi, perimus. Gaudium ergo nostrum, fratres, nondum est in re, sed iam in spe. SPES autem nostra tam certa est, quam si res iam perfecta sit. Modo enim credimus, tum videbimus. Cum credimus spes est in isto seculo: cum videbimus res erit in futuro seculo.* Hæc Augustinus. *Aug. in Psal. 62. idem in Psal. 123.*

Optume autem & appositissime *anchoræ* assimilatur ab Apostolo: *Hebr.6.v.18. 19.20.*

Vita enim nostra est *instar nauigationis, nauigium* cor est. *Ancora* spes: non tutius eiicitur, quam in rupe, rupes autem est Christus, nec maius quid ptiusve in ore habent nauigantes quam *patriam? patriam!* cum præda: *& nostra conuersatio atq; πολίτευμα, in cælis est, vnde expectamus Christum.* Non igitur hæreat anchora nostra in arena temporalium, sed in saxo Christo. Ea *spes non confundit.* non nutat. non deficit. durat vsque in finem. *Absconditæ* quidem anchora & spes seu *vita nostra cum Christo in Deo, scimus autem, quod, quando vita illa nostra Christus patefactus fuerit, tum & nos apparituros* in gloria. *Ecce igitur, agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.* Quanto magis nos sperare conuenit & exspectare! *Beatus autem is est, qui hanc spem habet, souetq;.* Assimulabo illum viro prudenti, qui ædificauit domum suam (proiecerit anchorã spei suæ) super petram. Tunc descendit pluuia & venerunt flumina, & flauerunt venti, & inciderunt domui (nauigio) illi, & non cecidit, fundata enim fuerat super petram. *Italiam! Italiam! primus conclam. Philip.3.v 20. Matt 8 v.26. Rom.5 v.2. Coloss.3.v.4. Iac.5.v.7. Matth.7.v.26 vsq. ad fin. cap.*

LVCET PER ÆRVMNAS fides.



Per varios casus, per mille pericula rerum
Mirificas sanctos, optime Christe, tuos:
Turbida iucundum spero post nubila Phœbum,
Dum præeat Verbum lampada opemq; tuum.

Cor

Cor quod hic vides,*fidei signum* eſt: *facula* autem *ex corde* figuram *charitatem*: Inter hæc *media fax*, *verbi*, ἱερογλυφικὸν eſt: *Alæ fidei naturam* depingunt. Nititur autem *cor duabus dextris* complicatis mutuo quæ *veritatem promiſsionis* ſubinnuunt,& *gemina cruce*, *candida altera*, *altera nigra*: crucis Chriſti, naturæq; ſignis: à quibus *liber* dependet *legis indicium*: & *cornu copia*, *abundantia* σημείων. Explicatio Emblematis.

Fides eſt ſuauis genitrix, dulciſq; nutricula dilectionis, *perq; eam*, vt Apoſtolus loquitur, *eſt efficax*: Non eſt vera ſed falſa, non recta ſed fucata, non viua ſed mortua fides, quæ flammas charitatis non eiaculatur, longeque & late diffundit. Fides quatenus in corde latet, ſoli Deo viſibilis eſt: hominib. „ autem videtur in operibus charitatis, quare eſt ipſe Saluator in illa iudicii „ die non niſi per opera miſericordiæ ἐνεργουμένην fidem commendabit, inque lucem producet. Gal. 5. & Iac. 2. Matt. c. 25

Fides itidem non hæret in terrenis, ſed alis ſubuolat in cœlum, ad thronum maieſtatis diuinæ: *Aquilæ ſunt fideles, non graculi: conuerſatio fidelium in cælis eſt, vnde exſpectant Chriſtum Saluatorem. Quærunt quæ ſupra ſunt, ibi Chriſtus eſt ſedens ad dextram Dei. Iſthic Theſaurum eſſe ſuum norunt, cum electi ſint de præſenti ſeculo, & allecti ad ſanctorum* κλῆρον *in cœlis.* Chryſoſt. Homil. 24. in 1. ad Corin. Phil. 3. v. 20 Coloſ. 3. v. 2 Matt. 6. v. 21. Ioh. 15. & Coloſſ. 1. v. 12.

Quare & crucem eo ferunt mitius, cum præmoniti ſint à Chriſto, *in mundo preſſuram ipſos habituros*, iuxta Domini Prophetiam: *Quicunq; diſcipulus meus eſſe vult, renunciet ſibi ipſi & tollens crucem ſuam, ſequatur me.* Hoc n. non alio *modo ſciūt ſe graſſari* poſſe *ad gloriam*, exemplo Dn. Saluatoris, cuius ducuntur promiſſione: Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μεθ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. *Mundi crucem atrā* eſſe pernorunt, h. e. maledictam, & veſtibulum æternorum cruciatuum, *ſe* autem *corripi à Domino, ne cum mundo damnentur*: Sanctificata enim crux fidelium in cruce Chriſti, ſub cuius ipſi auſpiciis hic mærent & merent. Ioh. 16. v. vlt. Marc. 8. v. 34 Act. 14. v. 22. Luc. 24. v. 26 Apoc. 3. v. 21. 22. Crux mundi atra. 1. Cor. 11. v. 32.

Lux & Dux fidelium eſt *Verbum*. *Fides enim Verbum intuetur*. Non eſt fides vbi non eſt verbum, ſed tantum opinio. Vnum & ſolum Verbum ſequūtur fideles præuium: *Nihil conſultantes cum carne & ſanguine, ſed rationem & intellectum captiuum ducūt ſub obſequium Chriſti, confirmantes quod verax Deus ſit, nihil inficientes.* Et ſequuntur, Verbum quidem Euangelii in fide: Verbum legis in vita: Quare confidenter dicunt cum Apoſtolo: *Gloriamur in adflictionibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur: Patientia autem probationem: probatio v. ſpem: Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Sp. S. qui datus eſt nobis*: Et cum regio Pſalte: *Niſi Verbum tuum conſolatio mea fuiſſet, periiſſem vtiq; in adflictionibus meis*: Concluduntq;: *Quis nos ſeparabit, &c. Certi ſumus quod neq; mors neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; vis, neq; præſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas ſeparabunt nos à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Rom. 5. v. 3. 4. 5. Pſalmus 119. Rom. 8. v. 37. 38.

ARCVS NIMIS INTENSVS, facile rumpitur.



Sacrosanctarum dulcis symphonia legum est,
Omnibus & numeris dulcior Harmonicis:
Candida si nostris regnet dilectio rebus,
Annuet & summi gratia larga Dei.

Legum Cynoſuram obſeruare nemo bonus detrectat, in quocunque *Verbum*
ordine: Quicquid extra harum limites vagatur, vis eſt & violentia non du- ἔγγραφον.
rabilis. Talis eſt harmonia verbi, legum, iuriſq; ſcripti, vt ſuauius adficiat Δίκαιον καὶ
quam vlla Symphonia vocum vel chordarum. Viciſſim vt ſi nimis intendã- Νόμιμον.
tur fides, fit vt aut rumpantur, aut ingratiſſime κακοφωνίᾳ aures feriat, ita vel *Leges ſcriptæ.*
prudentia vel violentia extra & præter leges, verbum, iuſq; aut rumpitur,
ac ſua mole corruit, aũt ingrata eſt diiſq; piiſq;, inque fine turpiſſimum poſt
ſe fœtorem relinquit.

In *Eccleſiaſtico munere* ſi fides nimis intendantur, & acumini ingenii quis
nimis fidat, aut efferatur, quanta (Deum immortalem!) diſſonantia exſur-
git in articulis fidei, vt *dato vno inconuenienti & abſurdo Theologico ſexcenta ſequã-*
tur continuo & amplius. Ἀεροβατεῖν ſemper periculoſum fuit, & *ſcrutari extra ver-* ἐρευνᾶτε.
bum. In verbo ſe ſuo Deus quæri vult & inueniendum ſe promittit. Verbum *Ioh.5.v.39.*
faſciæ ſunt, quibus Chriſtus inuoluitur, *cui teſtimonium omnes ferunt Prophetæ.* *Eſai.8.v.19.* *20*
Sequenda analogia, & interpretanda ſunt pauca ſecundum plura, nõ con- *Luc.2 inue-*
tra plura. *Optimus lector ſcripturarum & Doctor is eſt, qui dictorum intelligentiam* *niunt Paſtores* *in faſciis.*
exſpectat ex dictis potius, quam importat, & qui refert magis quam infert. Sententia *Actor.10.v.* *43.*
ſcripturæ quærenda eſt in ipſa ſcriptura. *Nulla n. Prophetia eſt* ἰδίας ἐπιλύσεως *Hilar.lib.2.de*
Qui vero ex tolerabili verbi luce ſubuehitur ad *intolerabilem & inacceſſam lu-* *Trinit.* *2.Pet.1.v.21*
cem in qua Deus habitat, is *à gloria maieſtatis* facile oppreſſus Icarium in mo- *1.Tim 6 v.16*
rem ruit, eo altius quo ſublatus. *Non decet ſeruum arcana Domini ſcrutari, nec cæ-* *Prou.25.v.* *27*
lorum arcana diſcutere, ſed de cæleſtibus rebus conuenit honeſta & glorioſa ſapere. Suffi- *Cyprian.*
ciunt diuinitus inſpiratæ ſcripturæ ad ea quæ credenda & facienda ſunt. Omnis enim *Auguſtin.*
ſcriptura θεόπνευστος, *vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudi-* *Athan con-* *tra gentes.*
endum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Relinquendus *2.Tim.3.v.16* *ibid v.17*
Deus eſt in maieſtate, & amplexandus Deus ἐν σαρκωθείς.

In *functione Politica*, vt maxime quis haud iniuſte ſententiam rogarit, iniu- Δίκαιον καὶ
ſtus tamen eſt, qui abſque lege. Quicquid extra leges fertur, vis & violentia Νόμιμον.
eſt. Nullum autem violentum diuturnum. *Erubeſcunt ſine lege loqui;* Erubeſ- „
cant & ſine lege effectui quid dare. *Leges rogantur, non tam aliis, quam ipſis No-* „
mothetis. Solus Deus ἀνυπεύθυνος eſt, leges fert, nullas patitur: IPSE TAMEN *Sic Iuſtin de* *Lycurg li.3*
SIBI LEX eſt. Tyrãnorum hoc eſt: ſic VOLO, STAT PRO SENTENTIA VOLVN- *Iuuenal Sa-* *tyr.6*
TAS. *Non quod libet, liceat: ſed quod licet libeat; ſub Deo* ſe eſſe meminerint magi- *Phil Chronic.*
ſtratus: *apud quem non eſt reſpectus* perſonarum. *in Baſſian.*

In omnibus autem actionibus noſtris moderetur charitas. Amoris officium eſt, paſ- *Gen.50. &* *Eph.6*
cere Dominicum gregem, in vtroque ſtatu: militet illud Apoſtoli: Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν *1.Cor.16.v.14*
γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις, ὁ κύριος ἐγγύς. *Greg.in Paſt.* *Phil.4.v.5*

PRVDENTER AGE.



Lanigeras prudenter oues age pasce, tuumq;
Nunquam negligito pastor amice gregem.
Qui sua nunc pascit sapienter ouilia, quondam
Intrabit cœli pastor ouisq; domum.

De Thalete Milesio fertur, quod astris futurorum indagandorum gratia „ intentus in paludem, quæ ante pedes erat ceciderit: quem vetula quædam conspicata effuse deriserit, arguens stultitiæ, quod longe absentium scru- „ tator à præsentibus non potuerit cauere. Talem Thaletem hic vides, qui in longinquum prospiciens, suarum, quæ ante pedes sunt, ouium nullam du- „ cit rationem. Quis numerabit omnes ac singulos hodienum huiusmodi Thaletes, qui futurorum curiosi sectatores ac spectatores, eorum, quæ imminent ceruicibus, obliuiscuntur. ❡ Videas multos Ecclesiasticos qui rei ita tenaciter hærent familiari, augẽdiq; student opibus, &c. vt domi prospiciãt suæ, ita laborãt, vt nulla prorsus ouium, diuinitus atq; humanitus sibi concreditarum, & pro quibus aliquando coram tribunali Christi grauissimam reddituri sunt rationem, ab ipsis ducatur ratio. *Hi sunt Pastores, qui semetipsos pascunt, adipem comedunt, & lanam induunt, quod opimum est, mactant, gregem non pascunt. Morbo affectas non confirmant, ægrotam non curant, confractam non obligant, depulsam non reducunt, pereuntem non requirunt; Sed vi dominantur in eas: quorum sanguinem Dominus ab ipsorum manibus reposcet. Talium Deus venter est, qui morituræ est, aiunt, vah moriatur!* Plutoni sacra faciunt, non CHRISTO. *Mercenarij sunt, veniente lupo fugiunt.* Μισθωτοί εἰσι καὶ * ἀνθρωπάρεσκοι, *non serui Christi. Væ illis quoniam Euangelium non prædicant, cuius* κηρύγματι *cum se tum eos, qui audiunt, saluos facere possent. Lupus certe non venit, nisi vt interficiat,* hos inclament Molossi oportet, aut proprio tergore luant, propria pelle pendant. O bone Iesu, quantus horum numerus inter sacerdotes tuos!

Boni Pastoris quidem *esset tondere pecus non deglubere*, quæ Tiberii Imp. olim vox erat. Inuenias autem multos Dynastas & Primates, qui depilent suos, exsugant suos, excorient suos, similes illis de quibus Spiritus S. *Coegerunt*, inquit, *Ægyptij filios Israelis seruire per sæuitiam.* Nõ Pastores sunt tales, sed carnifices. Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄρχων οὐδὲν διαφέρει ἀγαθοῦ πατρὸς, vt inter Gentiles σοφὸς ille dicebat.

Occinat omnibus auicula illa Maximiliani Imp capta prius, post ob magni thesauri demonstrandi promissionem dimissa, suum:

TVA SERVA

Insonetq; auribus & menti illud *nostri Poetæ.*

Fide Deo, tua cautus agas, aliena relinquas,
Dißimules & sunt si qua ferenda feras.
Tela venenatæ non cures inuida linguæ,
Tuq; tuam rege, dic pauca tacenda tace.
Sic placidos curret facilis tibi vita per annos
Et dabit oranti mollia fata Deus.

*Thales Milesf. Lepide! Viue bidentis amans. Iuuen. Satyr 3. NB. Auari sacerdotes, attenti suu decem. Hebr. 13. v. 17. Ezech. 34 v. 2 ibid v. 3 ibid v. 4 Vid Ambr. li. de sacer dignit. Itemq; Chrys. περὶ ἱερωσύνης. Phil 3. v. 19 Zach. 11. v. 9 Ioh. 10. v. 12. 13. 14 * Gal. 1. v. 10 1 Cor. 9 v. 16 1. Tim. 4. v. 16 Ioh. 10. v. 10 Ezech. ? v. 18 & c. 3. v 6 Sueton. in Tiberio. Phil. in Chronic. Hotoman. Cons. Exod 1. v. 13 Xenophont. aureum dictum. Maximilian. Imp. Widebram.*

ILLVSIO SPIRITVVM IN VITRIS.



O laudis ſtimule! ô male! quid mortalia cogis
Pectora; vel ſummum deſeruiſſe Deum!
Hoc age, & hoc ſape, quod diuino munere gratis
Conceſſum eſt, ita Ihouæq; frueris ope.

Fatuita-

Fatuitate, curiositate, temeritate, atq; adeo impietate præsens hoc *NB.*
nostrum seculum nihil concedit, nihil, inquam, concedit priscis Gentiliũ „
temporibus, siquidem æqua rem lance librare lubeat. Miramur fatuitatem „
Cascorum, qui in montibus, collibus, conuallibus saltantes videre Faunos,
Satyros, & alios id genus Deos commentitios potuerint, atq; adeo illis co- *DAMNANTVR Spiritus*
habitare, colludere, familiarissime conuiuere, miremur potius atq; iterum *familiares.*
miremur, quos hodie experimur Christianos, viuos, sanos, scientes, volen-
tes, viuis cohabitare dæmonibus, diabolis, Satanæ emissitiis. Detestatur A- *Rom.1.v.22.*
postolus Gentium μωρίαν, *qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitu-* *23.*
dinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentium,
multo magis nos detestemur Moriamne dicam an impietatem multorum
hodie, qui viuos in vitris alunt diabolos, quorum operas & consilia exqui- „ *Aug. de ciu.*
runt, quibuscum viuis suauiter cohabitant, conuiuunt, colludunt, & qui- „ *Dei. lib.9.c.*
buscum omne initium suorum laborum faciunt atq; finem. Non iam dico *2. Biblioth §. de dæmonib.*
Lamias, omitto strigas, taceo stultum veneficarum vulgus & agmen † Me- *Menippides*
nippæum, de iis loquor, qui in consilium adhibent diabolos, Theologi, *vid. Aug. l.18.*
Theologastri, Iureconsulti, Medici, Medicastri, Philosophi, Philosopha- *de ciu. Dei c.5*
stri, Chymici, & reliquus Doctorum, literatorumque manipulus, qui do-
nis suis diuinitus concessis non contenti ad diaboli auxilia confugiunt, &
Beelzebulis opem exposcunt. Hoccine illud est, ô boni! quod Apostolus
ait: *Quæ communio Christi cum Belial; An non Deus est in Israele, quod consultum itis* *2.Cor.6.v.15*
Beelzebulem? An docuit vos hoc Apostolus, qui dixit: *Quicunq; ergo perfecti su-* *2.Reg.1.v.3*
mus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit? Fatuitatem! ô *Phil.3.v.15.*
temeritatem! ô impietatem impietatum impiissimam! & proprie rebellio-
nem aduersum Dominum exercituum! *Ecquid dicit Figmentum Fictori suo: Qui* *Esa c.29.v.16*
me sic fecisti; ô Fictores & Factores vestri ipsorummet! Anne sperare potestis,
à patre mendacij proficisci veritatem posse? Proh scelus! *Nunquid Euangelista* di- *Ioh.8.v.44*
xit: *Vnctio, quam accepistis ab eo, manet in vobis, & non necesse habetis vt aliquis* *1.Ioh.2.v.27*
doceat vos: sed sicut vnctio docet vos de omnibus, ita verum est, & non est mendacium;
quis vos (malũ!) malus dementauit genius? Qui nõ est mecum, contra me est: & qui non *Gal 3.v.1.*
colligit mecum, dispergit. Maneat quisq; in ea vocatione, in qua vocatus est. Qui placi- *Luc.11.v.23.* *1.Cor.7.v.20.*
de sortem ferre scit, ille sapit. *Vt autem muscarum mortuarum vna efficit, vt fœto-* *Eccl.10.v.1.*
rem eructet vnguentum pigmentarij, similiter pretiosum nomine Sapientiæ & gloria vi-
rum, fœtidum efficit stoliditatis parum. Et fallere fallique adhuc potestis? Ante *NB.*
obitum si quis fors talia numina trudat à pœna immunem talem fore &
absque reatu? ô stoliditatem! imo & diabolicas nugas vestras
sub pallio fundamenti venum exponere, ven-
ditareque potestis.

ARBOR MALOS MALA FERT fructus, bona sed bonos.



Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tota Sacerdotum crimine turba vacet?
Est etiam in sanctis labes, nec dicere quicquam
Est pura à næuis mens mea tota, potest.

Quæsi-

Quæsitum est: An propter vitia personarum, merito patiantur officia
ipsa vocationum? Præsens nostrum ἔμβλημα respondet & concludit negati-
ue, aut dubie. *Siquidem radix sancta sit, ait Apostolus, surculos necessario sanctos fore.* Rom.11.v.16.
Si qui vero surculi sint minus boni, non esse eos de radice, sed aliunde insitos degeneres. Matt.7.v.16.
ἀκάρπους: *Omnis alias arbor bona fert bonos fructus, & arbor omnis mala, malos fructus.* 17.18.19
Fac arborem bonam & bonos feret, fac malam & malos feret fructus. Arbor mala bo- Et Matt.12.
nos non ferre fructus, nec bona malos, potest: Ita ex bonis Dei donis, ordinibus, san- v.33
ctionibusq; per se non nisi bona prouenire & laudabilia possunt, & si quid
secus fuerit deprehensum exploratumq;, non ipsis officiis id sed persona-
rum vitiis acceptum ferri debet. *Omnis plantatio* ait Dn. Saluator, *quam non* Matt 15. v.13
plantauit per meus cœlestis, eradicabitur. Vel, si mitius interpretari malimus: *Si cu-* 1.Cor.3. v. 12.
ius opus arserit, detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 13.14.15
Sane, in multis labimur omnes: & quis est qui faciat bonum, qui non peccet? iustus septies Iac.3. v.2
de die cadit, & resurgit. Imo *omnium renatorum iustitia tam iusta ac pura est, quam* Eccl 7 v.21
pannus est menstruata. An enim non *curiosus David*, scire discupiens numerum Prou. 24.v.16
seminis Israelitici; *Petrus nunquid curiosus*; quando dicenti: *Domine, hic autem* Esa.64.v 6
quid? Dominus, si, ait: *cum volo manere donec veniam, quid ad te?* Non omnes sancti 2.Sam-24
intonant cum Dauide: *Domine non est exaltatum cor meum*: Multis etiam *datur* Ioh.21.v.21.22
stimulus carnis, vt ne se extollant nimis: Nunquid & *inuidus Iosua*, gliscentis gloriæ Ps.131.v.1
Eldadi & Medædi æmulus, cui, *Domine mi Mosche, cohibe eos*, aienti, respondet 2.Cor.12.v.7
Moyses: *An invides tu mea causa? vtinam totus populus Iehouæ essent Prophetæ, inden-* Num.11.v.28
te Iehoua Spiritum suum illis. De inuidia Eliabi dicere quid attinet? *Philotimia* nun- 29
quid & Apostolos Domini inuasit & peruasit lues, altercantes inter se *de* 1.Sam. 17. v.
Primatu; Decantatur *Luxuria Dauidis*: & *vis violentiaq;* contra Vriam Hetthęũ 28
Misargyria Danielis etiam apud bonos sæpe rara est: & vel in intimis sodalitii Luc 22. v. 24.
Christi recessibus latet *fur* ac *Satanas*, cui vel ipse Dominus τῶν χρημάτων ἕνεκα 2.Sam.11. & eiusdem 12
venalis fit. Quæ cum ita sint, *dic quibus in terris (nec eris mihi paruus Apollo)* sit, qui Dan. 5.v.17
non in aliquo impingat? *Beatus qui minimis vrgetur.* Si qua autem ex radice Ioh.6.v.69.
vere, proprie, tantum protruduntur idola, desertio veri Dei, idololatria, re- & c.12.v.6
bellio erga superiores. Gigantomachia, cædes Regum, Principum, cædes, Ex Eccl.4.
latrocinia, stupra, incestus, adulteria, Sodomiæ, furta, rapinæ, obtrectatio- Virgil.
nes & similia vel maiora, si quæ possunt esse aut dici scelerum Iac.2.v 2
βδελύγματα, ea radix vere ac proprie mala esse ac
dici potest, debetq;.

„ Disquire
„ apud quam
„ sectam hodie
„ ea proprie
„ regnent.

AVDIATVR ALTERA PARS.



Si censura virum damnet nil tale merentem,
Sontemq; absoluat, non leue crimen habet.
Non igitur Iudex audito finiat vno,
Sed ius audito dicat vtroq; viro.

Occur-

Occurſare caue, ferit hoc emblema bicorne, altero Eccleſiaſticos, altero ſeculares cornu Sunt quos non contentos verbo diuino conſcendere cælũ & penetralia cæleſtium aditorũ ſcrutari iuuat. Magna hæc & blaſphema temeritas eſt, maieſtatis diuinę gloria reprimenda, opprimenda, comprimenda. Non eſt *ſcala*, qua in cælũ ſcanditur, niſi illa *Iacobæa*, hieroglyphica Chriſti, dicentis: *Ego ſum via, veritas, & vita*, ei igitur illa in verbo Euangelio, inq; ipſum cælum cælorum porrigitur. *Prope autem eſt verbum iſtud, in ore tuo & in corde tuo eſt*, nec eſt quod dicas; *Quis eſt, qui aſcendet in cælum? id eſt Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? id eſt Chriſtum à mortuis reuocare.* Quid n. eſt quod reliquum ſit & obſcurum? *In verbo Dei plena ſunt omnia & perfecta, vt à pleno & perfecto. Abſit ergo vt obloquatur homo diuinis & à Deo inſpiratis ſcripturis, quaſi non omnia inter ſe conſonent. Quare non afferamus ſtateras doloſas, vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio noſtro, dicentes: hoc graue, hoc leue eſt, ſed afferamus diuinam ſtateram de ſcripturis ſanctis tanquam de præceptis Dominicis, & in illa quid ſit grauius appendamus, imo non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.*

Scrutatores maieſtatis. *Prou.25.v.27* *Gen.28.v.12* *Ioh.14 v.6* *Rom.10.v 8. ex Deut.30.v.14* *Hilar.l. 2 de Trinit.* *Athan diſp. in Conc. Nicen.* *Aug li.2. de baptiſm cont. donat.c.6*

Sunt qui Iudicia de rebus ſacris, & ad fidem bene formandam, vitamque pie tranſigendam pertinentibus anticipant, & ex pręconceptis opinionibus idola ſua ſtatuminant, alterutrius alicuius partis clamoribus, intempeſtiuiſq; cõdemnationibus præoccupati, his vtramq; opplet aurem Satanas, & neutram alteri parti intemeratam relinquit: iniurii illi ſunt in Deũ, Deiq; verbum, propriaſq; animas, non aduertentes ad Apoſtolicum monitum: πάντα δοκιμάζετε: nec auſcultantes illi Chriſti: *ſcrutamini ſcripturas.* Et quæ ſunt alia: *Ad legem & ad teſtimonium, &c. Probate Spiritus, &c.* Vim alias patitur veritas & fit ſcriptura ἰδίας hominum ἐπιλύσεως, quod fieri vetat Petrus. Inſuſurrandum igitur erat illis hoc *Auguſt. Sed nunc nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenſe, tanquam praiudicaturus, proferre, nec ego huius, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus non quorumcunq; proprijs ſed vtriuſq; communibus, teſtibus res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione certet. Auferantur de medio charta noſtra, procedat in medium codex Dei. Audi Chriſtum dicentem, audi veritatem loquentem.*

Anticip. Iud. *1 Theſſ 5.v.21* *Ioh.5.v.39* *Eſa.8.v.20* *1.Ioh 4.v.1* *2.Pet.1.v.21* *Aug. contr. Maximum. li 3.c.14* *Idem in Pſal. 57.*

Deniq; tanguntur etiam Politici, qui ſententias præcipitant, non auditis vtrinque ſufficienter partibus. Magna in tali præcipitantia malorum lerna eſt, concurruntque *Iniuſtitia. Stoliditas. Proſopolepſia. Confuſio*, vt non incongrue dixerit, quicunq; dixerit:

Vitia in Iudicio præcipitato.

Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat. Militat hic quoq; tritum illud: „ *Audiatur altera pars.* Nota eſt, *Alexandri Magni Regis* mos, comprimentis ad accuſationem Actoris dextram aurem vt illibatam eam Reo ſeſe defenſuro conſeruet, nec carent exemplis quoque in vtramque partem ſacræ literæ.

Alex. Magn. comprimit auricul.

ILIACOS INTRA MVROS PECcatur, & extra.



Ferrea cœlipetræ dominantur secla gigantes;
Inq; sua nemo fert statione vices.
Acceleres igitur reditum, bone Christe, redemptor
Adsis, & metam in secula pone malis.

Fabu-

Fabulati sunt Poetæ de *Gigantomachia* quadam, qua Gigantes quidā *Gigantomach.*
in *ferrea* mundi *ætate* contra Iouem conspirarint, & congestis montibus cœ- *Ouid. li. 1 Me-*
lum oppugnare contenderint, cui fabulæ extructio *turris Babylonicæ* forsan *tamorph. fab. 6*
occasionem dedit. Sed meliorum iudicio nūc grassatur ferreum illud secu- *Gen. 11. v. 4*
lum, insaniuntq; Gigantes per omnes Hierarchias, contra quas h.e. contra *Gen. 6. v. 1. 2. 3. 4. 5*
non Iouem sed Iouam conspirasse videntur נפלים & peruersissimi quiq;. *Nephlim.*

Exstruunt pii *Sacerdotes Domini*, templum dominicum voce ac scriptis, *Vid Comment. Sabin. in Gigantomachia.*
tradunt salutarem doctrinam veritatis in thesi, & errores falsaq; dogmata
in antithesi cōfutant, increpant securos, solantur pauidos, docent rudes,
exhortantur remissos, *verbumq;* adeo *veritatis recte secant*, sed contra hos nitū- *2. Tim. 2. v. 15*
tur Gigantes, qui non tantum *non ferunt doctrinam salutarem, ad sua desideria co-* *2. Tim. 4. v. 2. 3*
aceruantes sibi magistros, prurientes auribus, auertentes auditum à veritate ad fabulas, *Matt. 22. v 4*
sed etiam seruos Dn. persequuntur, pro ludibrio habentes, omnibus modis infe-
stantes, nec ora manusve abstinentes, mendaciis & calumniis circumscri-
bentes, dum vel sedibus expellant, vel interficiant, *mensuram veterum prophe-* *Matt. 23. v. 34*
ticidarū, horumq; peccatorū *implentes. Saulis, Ierobeami, Manassis*, & aliorū socii.

Sub talium Gigantū censum cadunt & *Theologastri*, vel *semper discentes, nec* *2. Tim. 3. v. 7*
vnquam ad veritatis agnitionē peruenientes: vel agnoscentes quidem veritatem,
verū in *iniustitia detinentes*, quales plurimos procul dubio per vniuersa orbis *Rom. 1. v. 18*
Christiani climata reperiri liceret: quibus obstant exitiales furiæ φιλονηκίας:
φιλοδοξίας: φιλοτιμίας: φιλαργυρίας: προσωποληψίας, & alia monstra, quo minus
veritati victas dent manus. Nunquid hi contra Deum eiusque veritatem "
conspirasse videntur?

Inter *optimates* tales Gigantes sunt plurimi, qui hoc vnice studio ha- *2. Reg. 9. v 11*
bent, vt pios ac doctos ministros premant, & pro mancupîs, asinisq; & pe- *Ezech. 33. v. 32*
dum scabellis suorum vtantur, sacerdotes risus ac lusus ipsis fiunt *in conuiuiis* *Non Vrbis sed Orbis crimen.*
dicasteriis, & aliis congressibus, vt Ezechiel de se queritur.

Manus rapaces à bonis Ecclesiasticis non abstinent, Harpiiis peiores *Regul. iuris.*
ipsis, interim de V.I.DD. titulo sibi primas vsurpantes, apud quos nihil mi-
nus in vsu est, quam illud alterius iuris: *semel Deo dicatum non debet amplius trāsferri ad profanos vsus*. Ain' tu, an non optumo iure Gigantibus accenseri huius-
modi putes?

Rebellibus contra potestates orbis Christianus non caret, qui diruunt *Rom. 13. v 4*
Curias, Leges, Principatus, faces submittunt, quibus omnes politicæ bonæ san-
ctiones, totusque S. Magistratus ordo conflagret: in quos *non frustra gladium*
gerit magistratus. Huiusmodi sunt negantes vel detrectantes debita potesta-
tibus omnis generis obsequia, & omnibus bonis constitutionibus cornua
obuertentes.

Denique, cum Hierarchicus ēt Oeconomiæ status sit, quis non in eo *Gen. 6. 7. 8.*
videt gigantes. *Immorigeros liberos; inofficiosos seruos; degenerem iuuentutem*; pater- *Ouid. Metamorph. l. 1. fab. 9*
norum bonorum prodigam sobolem; quare si super illos Iuppiter diluuiū
aquarum immisit, quis scit an non super hos eluuia ignium & extremi in-
cendii immittere primo quoq; tempore decreuerit?

GNOMON, TYPUSQUE VITÆ Christianæ.



Vt præsens sine labe queas transmittere seclum,
Vtq; homini poßis gratus & esse Deo:
Ructantes gemitus simplex imitare columbas,
Serpentumq; colas quam sapienter opus.

Omnes homines ſumma ope niti decet, vt vitam pie ac pacifice hic tranſigant, quod certe caput eſt felicitatis noſtræ in hac terra, in hoc ſeculo malo. Quo autem pacto fieri id poſſit, hoc compendio docet Dn. Saluator in Euangelio dicens: *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Columbinam ſimplicitatem, vna cum ſerpentina prudentia imitari iubet nobis Vtrumq; & columbarum ac ſerpentum genus multarũ rerum, in fide & vita vtilium, hieroglyphica ſunt.

Saluſtius in Princ. Belli Iugurt.
Matt. 10. v. 16

Illæ *lenitatis*, vt eſt in verſu *mitis titulus columbæ. Lenitas fructus eſt Spiritus* eius, qui in ſpecie columbę in baptiſmo Chriſti apparet: & eſt neceſſaria virtus, vt placide ac pacifice degas. *Pacifici filii Dei* vocantur: *Mites terrã poſſidebũt.*

Horat. in Od.
Gal 5. v. 22
Matt. 3. v. 16
Matt. 5. v. 5. & 9

Eædem, *linguæ frenandæ*, vt dicitur in verſu: *roſtro non lædit, virtutem primã eſſe puta compeſcere linguam, proximus ille Deo qui ſcit ratione tacere. Agite*, inquit Pſaltes diuinus: *auſcultate mihi, reuerentiam Iehouæ docebo vos: quis eſt ille qui delectatur vita, amat dies, amat frui bono; cuſtodi linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur fraudem.* Næ ille compendioſiſſimum viuendæ vitæ huius compen- ,, dium indeptus eſt, linguam qui didicit frænare.

Catoli. 1. diſt. moral.
Pſal. 34. v. 12. 13. &c.

Gemitus itidem, qui ſunt *preces ſanctorum. Non quærit Deus dilationem in voce coruina* (cras) *ſed confeſſionem in gemitu columbino.* Hæc regis illius vox eſt, qui poſt exantlatum grauiſſimum agonem dicebat: *vt grus aut hirundo ita pipiebam, gemebam vt columba.*

Hoc dict. Brd. eſt.
Eſa. 38. v. 14

Beneficentiæ, vt eſt in verſu: *vngues poſſidet innocuos.* Facile vitam tranſigit tranquillam, qui abſtinet vngues manuſue ab aliorum corporibus, fortuniſq;, & manus adſueſcit laboribus ac beneficentiæ, gratus hic eſt Deo atq; hominibus, quod Apoſtoli monitum eſt: *Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.*

Studii diuini verbi. Nam purum ac mundum animal eſt columba: *pura grana legit: gaudet aquis: quærit greges: tuta petit.* Munda nos animalia ſumus, ru- ,, minemus verbum diuinum, quod legamus purum ab humanis traditioni- ,, bus, gaudere debemus *puris Iſraelis fontibus ſalutis*, & congregationem ſan- ,, ctorum ſtudioſe ac frequenter viſitemus, qui hoc in votis habet, fruitur ,, conſolatione felicis ac beati viri, *arbori ſecus decurſus aquarum plantatæ ſimilis, quæ fructum ſuum* in tẽpore *fert & folia eius non defluent, ſed in omnib. proſperabitur.*

Pſal. 1. v. 3. 4

Simplicitas abſque fuco, & dolo qui loquitur facitq; veritatem cum proximo, huic perpetua in monte Domini habitatio delegatur à Pſalte Regio ſancto. Vere autem ac ſolide beatus erit ſi cum columbina ſimplicitate, ſerpentinam coniungat prudentiam: Non enim *fatuis* nos *virginibus* ſimiles eſſe vult, ſed *prudentibus* adſimilari. *Nolite* (inquit Apoſtolus) *fratres pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti, vt exercitatos habeatis ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. Tanquam ſapientibus loquor vobis. Vt ſapientes ambulate.*

Dn. Saluatoris monito.
Matt. 25. v. 1. 2. &c.
1. Cor. 14. v. 20
Hebr. 5 v. 14
1. Cor. 10. v. 15
Eph. 5. v. 15

Serpens magna prudentia cauet ne quid mali patiatur caput, hoc ſaluo exiſtẽte omnia ipſi ſalva nouit. *Qui ſaluus eſſe vult, ante omnia curet* caput ſalutis *FIDEM CATHOLICAM*, iuſtificam, ſaluificam: hac n. iuſtificamur, ſtamus, vincimus, & deniq; ſaluamur, coronã vitæ ac gloriæ reportantes. Perpetim.

Symb. Athan. vt ſupr.

FIDES PER DILECTIONEM efficax.



Si quoties peccant homines sua munera tollat
Joua, erit exiguo tempore nulla fides.
ALMA Fides, Dilectio, Spes, Prudentia, Iustum,
Ætherei flatus sunt bona dona Dei.

Indis-

Indissolubili nexu concatenatæ sunt virtutes in fidelibus atq; electis, *Conexio virtutum.*
vt posita vna (fide, scilicet, siquidem vera sit ac viua fides, & non simulacrũ potius fidei) ponantur & reliquæ; veræ virtutes sese mutuo ponunt; exhortante Petro: *Vos autem* (inquit) *curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem: in virtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiam: in abstinentia aũt patientiam: in patientia autem pietatem: in pietate autem amorem fraternitatis: in amore aũt fraternitatis: charitatem. Hæc n. vobis cum adsint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione.* Id quod præsens hæc nostra figura liquidum facere cõnititur. Vides *à dextris* FIDEM, *Dilectionem à Laua mutuas sibi manus operasq; complicatas, concatenatas, coobseratasq; porrigere, plura in vno coniungi atq; copulari corda, ingentesq; ex se eiaculari versus cœlum flammas, inumbrante & χαρίσματα superne instillante columba Spir. S. hieroglyphica: Inferne nititur corda Triuultia Prudentia, & omnia æqua lance pensiculante Iustitia:* Lepida sane VIRTVTVM coniunctarum hypotyposis! *2. Pet. 1. v. 5 ibid. v. 6 ibid. v. 7 ibid. v. 8. Vere pium Emblema!*

Fides, vt id iterato ac sæpiuscule dicamus, certam ex se gignit sobolẽ, nutritque charitatem, adeo vt sine dilectione fides iactata, fidei tantum sit fucus ac cerussa. *Geminum hoc mandatum & donum habemus à Christo, vt qui in ipsum credit, diligat idem & fratres.* *Gal. 5. v. 6 Iac. 2. 1. Ioh. 3. v. 23*

Fide per dilectionem ἐνεργουμένη vniuntur in vnum complurima corda, vt *vnum corpus & vna massa fiant in Domino* Iesu, quemadmodum ex multis palmitibus ex vna radice constituitur vitis, & ex multis membris vnum státurninatur corpus: *ita vt vnus panis, vnum corpus simus multi.* Vnde exhortatio Apostolica extructa est: *Estote soliciti seruare VNITATEM Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus Spiritus, sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater* omnium. Quæ sæpenumero repetuntur à γνησίοις *Domini discipulis.* *Eph. 4. v. 1. & seqq. Aug. serm. ad infantes de sacramento altaris. 1. Cor. 11. v. 17 Eph. 4. v. 3 ibid. v. 4 Ioh. 13 v. 35.*

Fides cum & per dilectionem operatur emittitq; incendium precum, & fauillæ inde vna fide, & vnanimi motu eiaculatæ efficacissimæ sunt apud Deum, ipso *Dn. nostro Iesu Christo* teste: οὗ γὰρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. *Impossibile autem est*, vt *Hieronymus* inquit, *multorum preces non exaudiri.* *Matt. 18. v. 19. Hieron.*

Inumbrans Spiritus S. figurat ortum virtutum fidelium in cordibus, qui non est aliunde, nisi à Spiritu Dei sancto, *Spiritu* inde *gratiæ & precum* dicto: *Quid enim oremus sicut oportet, nescimus, verum ipse Spiritus postulat, pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* *Zach. 12. v. 10. Rom. 8. v. 27.*

Deniq; fides parit prudentiam, circumspectionem, σεμνότητα: & iustitiam suum cuique tribuentem, τῆς ἰσότητος consultricem, iuxta dominicum monitum: *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos faciatis illis.* Hæc est caput & summa ἀγάπης διὰ τῆς πίστεως ἐνεργουμένης. *Luc. 6. v. 31.*

TANDEM

TANDEM BONA CAVSA triumphat.



Altius ecce Aquila hæc auibus volat omnibus, iſtum
Subuolat alma fides ſydera ad vſq; modum.
Nec ſecus Æſtræum librat ſe ad inania iuſtum,
Exſuperant pariter iuſtitia atq; fides.

Scripturæ

Scripturæ diuinitus inſpiratæ meminerunt ſæpenumero Aquilarum, *Aquila hie-*
& multarum hieroglyphica rerum ſanctarum & vtilium faciunt. Paucarum *roglyph.*
libabimus, inprimis

FIDELIVM. *Aquila Deo chara eſt:* θεόφυλοι actiue & paſſiue, ſunt fideles: *Hebr.11.v.6*
quoniam *abſq; fide Deo placere haut poßibile ſit.*

Aquila omnium ſumme volat alituum: fideles non ſunt *graculi* in terrenis *Chryſoſt. hom.*
nidos figentes, ſed alas fidei librant in cœlum vſq; cœlorum ad Thronum *24. in 1. ad*
Maieſtatis in excelſis. *Corinth.*

¶ *Aquilæ oderantur cadauera*: Oderantur fideles Chriſtum crucifixum, ita *Matt. 25. v.*
vt *alta licet ſit terra altumq; cœlum, fides tamen omnem omnino altitudinem, omnem* *28.*
omnino penetret profunditatem, vt de fideli oratione loquitur Auguſt. Fides o- *Aug. ſerm.*
mnem altitudinem tranſcendit. *226. de temp.*

Aquila in lucidißimos ſolis radios irretortis oculis perſpicere poteſt. Ita fideles per *Hieronym. in*
ipſas nubes, per cœlum ſydereum vident in ſolium diuinæ maieſtatis. His *Prophet. Obadiam.*
ſolis *aperiuntur oculi* vt dicere cum Stephano poſſint: *Video cœlos apertos & fi-* *2. Reg. 6. v 17*
lium hominis ſtantem ad dextram Dei. *Actor. 7. v 56*

Aquila non agnoſcit pro ſuis, qui radios ſolis apertis, & irretortis oculis ferre non *Plin. natural.*
poſſunt. Ita nec Deus pro ſuis agnoſcit, niſi fideles, & recto vultu Chriſtum *hiſt. li. 10. c. 3*
ſolem iuſtitiæ contuentes. *Oculi enim Domini requirunt fidem & fideles reſpectant.* *Ierem. 5. v. 3*

Aquila tametſi ſuper maria immobili penna altißime feratur, de tanta tamen *Hier. in Proph.*
ſublimitate deſpectat inferne, quæ humanis non patent obtutibus: Ita fidelium oculis *Obadi.*
omnia ſunt præſentia, licet humanis obtutibus non pateant, & ea quæ in "
inferis & ea quæ in ſuperis ſunt. Quare de his omnibus *Hieronymus* in hunc "
modum: *Aquilam cunctis auib. altius volitare* (inquit) *etiam hi qui de natura auium* *Fidelium o-*
diſputant, memoriæ prodiderũt, tantiq; contuitus eſſe dicitur &c. quæ ſequũtur. Quæ *culi ſpiritual.*
exponens *Chryſoſtomus*: *Aquilas* (inquit) *appellas, vt oſtendat ad alta eum (fidelem* *In Comment. in Obadi Prophet. vt ſupr.*
quemuis) oportere contendere, & nihil cum terra ei eſſe debere commune, neq; ad infe- *Chryſ hom 24*
riora trahi ac repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſtitiæ intueri, mentiſq; *in 1. ad Corin.*
oculum acutißimum habere. *Id in lib. de ſacerdot.*

Aquila cum ſerpentibus bella ἄσπονδα: ita fidelibus cum *ſerpentibus infernalib.*
Leonibus. Principibus. Dominis. Diiſq; huius ſeculi. *Plin. li. 10. c. 4* *Eph. 6 v. 12*


Aquila à fulmine immunis. Ita fideles ab ira Dei & maledictione æterna: *Plin. lib. 10. c. 3*
Nihil enim damnationis his qui in Chriſto Ieſu ſunt.

Aquila annoſa ad ſolem pennas exurens ſalubriq; inde merſata lympha reiuueneſ- *Rom. 8. v. 1*
cit: Quod indicium eſt fidelium regenerationis in hac & altera vita: h. e. tum *Ibid. vt ſupr.*
renouationis in tempore: & reſurrectionis in nouiſſima die. *ſap.*

IVSTITIÆ quoq; non contemnendum σημεῖον eſt: librat iuſtitia alas in *Iuſtitia hiero-*
liquidum aera ſupremum, & inania tranant ad vſq; ἐμπυραῖον. *Pati iuſtus pre* *glyph.*
miq; iuſtitia ad tempus poteſt, opprimi nunquam. Vſq; ad iuſtitiam reuerſurum eſt iudi- *Pſ. 97. v. 15*
cium, & poſt illud omnes recti corde. *Deut. 32. v. 11. 12.*

AMORIS deniq; diuini erga nos: *Vt aquila excitat nidum ſuum: pandit alas* *Deut. 1. v. 31*
ſuas, aſſumit pullum & portat ſuper alas ſuas: ſic Iehouah ſolus duxit eum, nec fuit cum
Deus fortis alienigena.

INTERIM PATITVR IVSTVS.



Quisquis in hoc Diui tractas præconia iuris
Æuo, hos in scopulos ingrediare, caue.
Æmulus ille Dei est qui ius dispensat & æquum:
Iuste: iniustitiæ dum arbiter ipse perit.

Multa sunt quæ cursum iustitiæ in hoc seculo pessumo remorari solent, vt similis sit catenato molosso, & gladio feraq; obseratis, vtpote: *Impedimenta diuinæ iustitiæ.*

Ἀφοβία, seu *vacuitas Timoris Domini*: Vt enim ex tali securitate non nisi omnia mala in genere, ita in primis maxima oritur iniustitia, docente *Dn. Saluatore* parabola illa sua, Luc. 18. *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deū non timebat, & hominem non reuerebatur, &c. Eiusmodi autem homo ἄφοβος Deo placere non potest:* Et monenti tales essent, quod, *SINT SVB DEO*: Occinendumque illud piissimi Regis *Iosaphati*: *Quare nunc insit pauor Iehouæ vobis, obseruate & facite cum Timore Iehouæ, cum fide & animo integro: Non enim pro homine iudicaturi estis, sed pro Iehouah, qui vobiscum futurus est in rebus iudiciariis.* *Luc. 18. v. 1 & seqq. Syr. 1. v. 28 Gen. 50. v. 19 2. Chron. 19. fere per tot.*

Προσωποληψία Capitalis iustitiæ pestis hostisq; est respectus personarū, *si fauore iniustus iustificatur: & condēnatur odio qui iustus.* Communissimum simul atq; turpissimum hoc vitium seu crimen est, & diuinæ capitaliter infestum iustitiæ, quare tam seuere à iustissimo Deo prohibetur: *Personam ne respicito in iudicio, abominatio enim est Dn. Deo tuo. Non est prosopolepses Deus, iuste iudicat, vnumquemq; secundum opera sua. cuius vestigiis insistere Iudices æquos ac bonos decet. Qui autem iustificat impium ac damnat iustum vterq; abominatio est coram Deo.* *Deut. 1. v. 17 προσωποληψία quid? Aug. serm. ad Eremit. Exod. 23. v. 8 Deut. 16. v. 19 Prou. 17. v. 15 Syr. 20. v. 32*

Δωροφαγία *seu acceptio munerum* iniustitiæ genetrix dici potest, & iustitiæ gradum sistit. *Iudicium*, inquit Dominus, *non peruertito, à verbo mendacij procul abesto: & innocentem ac iustum ne occidito: quia non absoluam improbum. Munus ne accipito, nam munus ipsum excæcat oculatos, & peruertit verba iustorum.* Et iure naturæ hoc crimen abominandum patet. *Socii furum* hi tales sunt. Nota est *historia Cambysis* Persarū Regis Cyri illius Magni filii, qui Sisamni iniusto & Δωροφάγῳ iudici pellem detrahi & tribunali assui iussit, filiumque Sisamnis Otanem tribunali imposuit, vt intuitu corii paterni recte ac iuste sine acceptione personarum ac munerum iudicaret. Regnet in iure dicendo istud: *Fiat iustitia, & pereat mundus.* *Aug. in Psal. 26 Exod. 23. v. 6. 7 ibid. v. 8 Esa. 1. v. 23 Selnec. pædag. ex Herodot. Philipp. in Chronic.*

Ἀυθάδεια *ac peruicacia*: eo enim peruicaciæ seu pertinaciæ multi prouehuntur, vt non tantum scientes ac volentes iniustas sententias rogent, sed etiam admoniti iniustitiæ corrigere tamen detrectent, imo iustum magis magisq, odio, calumniis, & oppressione persequantur: nimirum Ecclesiasticus sic docuit hos tales: *ne suscipias personam damno animæ tuæ. Ne contraeas veritati vllo modo, sed verecundia cohibetor ne mentiaris. Ne confiteri verecūderis peccata tua, neq; vim affer. &c.* ô tempora! ô mores! *Experto crede Roberto. Syr. 4. c. v. 24. & seqq.*

Prudentia carnalis: qua sæpe premitur iustus spe imaginariæ cuiusdam emendationis & in gratiam aliorum. Quemadmodum *Pilatus* in gratiam Iudæorum flagellauit Dominum, vt furor Iudæorum mitigaretur: Magna hæc est iustitiæ Remora: verum *non facienda mala sunt, vt eueniant bona.* &: *interim patitur iustus:* *Ioh. 19. fere per tot. Rom. 3. v. 8*

Cuius iustitia postliminio retegitur & instar orientis ex alto stellæ prodit cum iniustitiæ & iniustorum confusione atque opprobrio. *Quare commenda Domino viam tuam, ipse faciet, proferet tanquam lucem iustitiam tuam, & ius tuum tanquam meridiem.* *Psal. 37. v. 6. Mich. 7. v. 9*

ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΣ ΕΙΔΟΣ.



Hiſpida latrantem lædit dum forte catellum
Bellua, ſit ſtricti iuris imago tibi:
Nam rigor is nimius, ſtrictum qui perſequitur ius
Lædit, & infeſto Dica mucrone ferit.

Summum, aiunt, *ius summa sæpe iniuria est*. Eleganter hoc quidem & vere! ἐπιείκεια.
Non enim semper sequendum est ἀκριβοδίκαιον; sed pro re nata pœna sententiaq; mitiganda est. Leuius lenitate ac mansuetudine, grauius, crudelitate ,, peccatur. Pia (dixerunt veteres) seueritas crudelitas non est; non autem ,, transgrediendi sunt limites seueritatis, alioquin facile in turpem degenerabit & cruentam crudelitatem: crudelitas in sæuitiam: sæuitia in tyrannidē: ,, Tyranno autem nihil dici detestabilius potest, nec magis exsecrandum. ,, Notum illud est Imperatoris: *Imperare nescit, qui dissimulare nescit*. Nec abludit ab illo *sapientis: De vlla iniuria ne irascaris proximo, & ne agas quicquam contumeliosis factis*. Quod Germanice in nostrum sensum sonat significantius: Rechte nicht zu genaw alle Missethat/vnd kühle dein Müthlein nit/ wann du straffen solt. Luculenta iniuria est, si pœna delictū excedat. *Pœna peccato debet commensurari* ,, seu: *inter delictū & pœnā debet esse proportio*. Nec tñ iniuria vacare arbitramur, si in commensuratione nulla omnino personarū, temporis, loci, ætatis, similiumue circumstantiarum ducatur ratio. Vbi legis rigor mitigari potest, & delictum siue delinquens sine grauiori pœna & sine scandalo emendari, ibi clementiori pœna vtitur pius ac sapiens Iudex: De ipso Deo Opt. Max. constat, iustum eum quidem esse, sed *praualere tamen apud ipsum misericordiam*: *Non* enim *secundum peccata nostra facit nobis, neq; secundum iniquitates nostras refert nobis*. Quare nulla re propius ad Deum accedimus, quam beneficentia atq; mansuetudine. Et quemadmodum *diuina sapientia gladium iustitiæ oleo misericordiæ semper inungit*: ita moderationem adhibere Iudex prudenter debet, vt inter iustitiam & clementiam currat ac medietur clemens iustitia & iusta clementia.

Chron. Philip. *Syr. 10. v. 6* *Exod 20.* *Psalm. 103.* *Hosea 11.* *Xenophont.* *Selnecc. in Padagog.*


Est piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Atq; dolet quoties cogitur esse ferox.

Nota est historia de Theodosio Imper. qui Thessalonicæ absque fere clementiæ ac moderationis respectu aliquot millia ciuium furenter occidi iussit, vbi certe pœna delictum excessit longissime, quare à S. Ambr. à communione abstentus, & ab omnib. sacris, in loco peccatorum pœnitentiam egit in cilicio atq; cinere. Nimius rigor nocet ipsi exercenti rigorem sicut acies nimis exacuata conuertitur in acuentem ac vibrantem: prorsus vt canis aculeos erinacei ore excipit ac sauciatur: ita strictus iustitiæ vindex extremo rōphææ læditur. Dz Messer wendet sich/vnd leget den der es so geschärpft hat. Monet Apostolus: Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν innotescat omnibus, quod vt omnibus omnino piis, ita inprimis iudicibus atq; magistratib. dictum esto. Similem esse collationem philosophus inquit, Regis cum subditis, qualis est *Pastoris ad oues, patrisq; ad filios seu liberos. Nullum violētum est diuturnum*: Neq; vllius magistratus crudelis exitus fuit bonus, vt exempla *Pharaonis, Saulis, Balsazaris* seu Labynithi, *Antiochi, Herodis, Neronis* & similium abunde testatum faciunt. Commendatur autem iustitia mixta ἐπιεικείᾳ, vt in Dauide, Iosaphato, Salomone, Hiskia, Iosia, Augusto, &c. Zaleuco, &c.

Centur. Magdeb. Cent. 4. §. de disciplin. *Ex histor. Ecclesiast.* *Phil. 4. v. 5* *Exod. 14.* *1. Sam. 31.* *Dan. 5.* *1 Macc. 9.* *Actor. 12.*

EMBLEMA

LVBRIGVM IVS.



Lubrica, mortalis, premis ô vestigia, iuris
Quisquis es, ambiguas quando sequere vias:
Ærea vt incautum lædunt tormenta virum, sic
Aurea & incauto iura nocere solent.

Sclopetum (siue, quam à sono, quem edit, dicunt bombardam) ius seu iuris tractationem: *gladius* & *libra* vtrinq; extensa iustitiam hic figurāt. Qui sic?ais; Totus sclopeti vel vsus, vel vtilitas, vel pernicies est penes vtentem. Si recte vtaris ac moderate, defendet te: sin imprudenter ac temerarie, lædet te. Certe quicunq; iura tractant & dispensant summa prudentia atque cautione opus habent, ne dum ius dicunt, iniustas sententias dicant, & eo per ius iniusti iuste accusentur, damnenturq;. Non sane immerito *Græcorum Oratorum Aquila atq; Coryphæus, si duæ, inquit, sibi monstrarentur viæ, altera ad iuris dispensationem seu iudicis officium, altera ad mortem ducens, se hanc præ illa electurum.* Quid ita mi Demosthenes? Quoniam tam ambigua lubricaq; dicendi iuris prouincia est. Quam difficile enim est non moueri vel personis vel muneríb. vel alia quauis fere re externa! Ne dum ius dicere velis, iniustum dicas; dum æquum, iniquum; dum phas, nephas; quis omni æquabiliter videt tēpore, vt fieri pote non sit, qui hodie non impingit, cras non impingat itidē. Nota est *similis* illius historia, qui cum prouectæ nimis ætatis essent, moribundus dicebat, scribiq; pro Epicedio manibus imperabat: *Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, septem tamen duntaxat annis vixit.* Adriani Imp. hic Aulicus fuerat & ius dixerat solū supremū septennium exegerat priuatus. Totam igitur priorem vitam pro dispendio ac damno reputabat, vltimum septennium ponebat in lucro. Haud aliter sentiebat de administrandis LL. fascibus *Æschines*, quod de Plutarchus testatur, quod à foro dicundoq; iure liber factus ita gestierit, atq; qui liberatus fuerit *à morsu rabiosi canis.* Officium ipsum non sugillamus, de modo administrandi nobis sermo »
est. Spinas tractant quicunq; ius tractant. [Greek] cura opus habent, & summa niti ope debent vt δικαίῳ καὶ νομίμῳ insistant. »

Varietas Iureconsultorum. — *Demosthenes apud Erasm. in apopht.* — *Similis hist. citat. apud pædag. Selnec. Dion. Cass. Nic. in Adr. Imp.* — *Plutarch in Aeschin.*

Quod de LL. ministris ac vindicibus diximus, idem de iis dicimus qui iure volunt vti, nam & *Themistoclis* ea fuit electio, vt si duæ sibi monstrarentur semitę, ad ius vna, altera ad mortem, se hāc potius iturum: Ita eodem plane modo fieri potest, vt dum ius captas, iniuria tibi obtingant. Tanta cautione nemo tractat sclopetum, quin maiori opus sit: ita nemo ea Prudentia quærit, vtiturq; iure, quin maiori necesse habeat. Nam siue vincat siue minus, nunquam id fiet sine damno. Exempla ac dicteria odiosa sunt. Cui bombardæ simile non sapit, mellis degustet: moderate hoc quis vtatur oportet, vt non noceat. *Mel inueniens comedis quod satis est tibi, ne saturatus illo, euomas illud.*

Themistocl. — *Prou. 25. v. 16*

SCINDI-

SCINDITVR HVMANVM STVdia in contraria vulgus.



Laudis opes, doteſq; tagi, veneriſq; latebras,
Sectatur ſtolidum nunc vbicunq; genus:
Quæ bona de cœlo CHRISTI *quoq; ſanguine parta,*
Dat Deus, hæc amens ſpernere munde ſoles!

Sumus quidem principaliter conditi ad gloriam & cognitionem Dei, indeq; ad vitam adſequendam poſſidendamq; æternam, hæc autem vita & domicilium terrenum, tanquam veſtibulum illius alterius inhabitandum ſeu incolendum potius interim datur, dum præſtituto à Deo tempore ad illam diuina gratia transferamur, hac lege, vt hic Deum agnoſcere, timere, diligere, quærere, atq; colere diſcamus, inchoemus, iſthic perficiamus: ſed tanta noſtra cæcitas, vt & malitia eſt, vt ſpretis poſthabitiſq; cœleſtib. tantū terrenis inhiemus, & tales nos præbeamus, vt ad cælicā apprehendendam poſſeſſionem plane reddamur inhabiles. Id q; præſens noſtrū emblema liquido oſtendere cōnititur, p diuerſiſſima mūdi ſtudia, à regno Dei aliena.

Auocamenta à ſtudiis regni cœleſtis.

Sunt qui captent honores & laudes in hoc ſeculo: inidonei ſunt illi ad regnum cœlorum, quod v. g. Dn. Saluator Phariſæis & Scribis in Euangelio obiicit, tanquam inſigne à regno cœleſti auocamentum, dicens: *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non quæritis?* q. d. fieri id non poſſe. Et iterum: *Dilexerunt n. gloriam mundi magis quam gloriam Dei.* Quare ſtudium mundanæ gloriæ: & ſtudium gloriæ cœleſtis ita ſeſe mutuo tollunt, vt vna conſiſtere non poſſint: quanto ergo hæc illa præſtat, tanto magis huic quam illi ſudare debemus. *Illa vitrea eſt, cum ſplendet, frangitur*, hæc manet in ęternum: illa *croci dili inſtar* eſt, *perſequētem fugit fugientem perſequitur*: hæc vero à perſequentibus apprehenditur: *violenti rapiunt* eam.

Ex vit. patr. alleg Rudolp. à Toßignan. §. iuſtitia.
Ioh. 5. cap. v. 43. 44.
Ioh. 12. v. 43.

Sunt qui opes ac bona huius mundi ſectantur, & id ſtudio habent, vt magnos theſauros auri, argentiq; corradant, & laute ac opipare victitent in hoc ſeculo: ſed & hi vanis ducūtur & ſeducuntur adfectibus, nā ſpinæ ſunt terrenæ opes, quas caute ac prudenter tractare oportet, ne pungāt, nec animam lædant, quod certe non cuiuſuis eſſe ex dominica aſſertione patet, qui ait, *fieri perinde facile poſſe, vt camelus* (ſeu maximus funis nauticus) *per foramē acus tranſeat, quā diues vt intret cœlorum in regnum*: rationem ſubdit Apoſtolus: *Qui diuites fieri volunt, incidunt in tentationem & laqueos & deſideria multa, quæ demergūt hominem in interitum & damnationē.* Monendi igitur diuites ſunt, *ne cor apponāt nec confidant in terrenis opibus, ſed theſaurizent in cœlis.* ¶ *Sunt qui potentiam quærunt in hoc æuo, & eminere geſtiunt*, vt vbiuis conſpiciant in alto, & ſedeant ad clauū. Nimis fatui ac curioſi ſunt hi: dum n. alas pauonias ita librant, quid faciunt aliud, q̃ vt vigilias, curas, moleſtias, & nihil non incōmodi mercētur, & ſuo ſibi iumento mala attrahāt? iuxta q; ēt à calle cœleſtis regni deuiant, de quo dicitur: *Qui inter vos eminere vult, fiat ſicut iunior, & qui præcedere, fiat ſicut omnium miniſter*: His occinendū illud: γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, *dulcis inexptis cultura potētis amici, expertus metuit.* ¶ *Sunt denique, quos ſtimulatur luxuria, & furor beluinus pronos cōcitat in venerē*, adeo vt exſerto ore dicere nō horreant, ſe tales illecebras vel ipſo cœlo (horreſco referens) commutaturos. Plane aguntur hi infernalib. furiis, qui ſcortari adoleſcentem nec turpe putant, nec pro peccato reputāt: *Vxorem* aiunt *duxi, venire non poſſum.* Ita in diem heluantur, ſcortantur, pergræcantur, adulterantur, inceſtus & ſodomias, multaq; peccata alia muta flagitioſe perpetrant, de quibus aperte oraculo diuino conclamatum eſt. *Non guſtabunt cœnam meam. Non intrabunt in requiem meam. Nolite errare, non poßidebunt regnum cœlorum.* Μὴ πλανᾶσθε: θεὸς οὐ μυκτηρίζεται.

Luc. 8. v. 14
Matt. 19 v. 24 & 1. Tim. 6. v. 10. 17
Matt. 19. v. 24
ibid c. 6. v. 20
Damoclis ſocii
Vid. Ael. Lamp. in Seuero.
Luc. 22. v. 26
Vid Eraſm. in Adag ex Horat.
Antigon. R. „O nobilem „magis &c.
Terent. in Heaut.
Luc. 14. v. 20 & 24
Pſal. 95. v. vlt.
1. Cor. 6. v. 9. 10
Gal. 6. v. 7.

IVRECONSVLTORVM Prudentia.



Prudens te pietas, pia te prudentia stipet,
Quisquis es, vt populis iura verenda roges.
Tale olim te iudicium, mihi crede, manebit,
Quale heîc in plebem forte tuere tuam.

Duæ ſunt virtutes cardinales, quæ iuris & æqui prudentem maxime *Virtutes Card.*
iuuant, ornantq;: Pietas vna, altera Prudentia. Res illa, rei hæc modus haud *in iuriſpru-*
incongrue vocabitur: Magiſtra illa, hæc ſerua: Hera & Domina illa, hæc an- *dente.*
cilla: illa Deo, hæc LL. ſeu δικαίῳ καὶ νομίμῳ vt vocant, nititur.

Quicunque n. Deum toto corde reueretur, ille haud difficulter iu-
ris & æqui ſe vt conſultiſſimum ita ſtudioſiſſimum præbebit, nec rebus in-
iuſtis conſentiet vnquam: *Timor Dn. reuocat à peccando.* Impius neq; Dei nec *Syr. 1. v. 27*
iuris æquiue ratioñe ducet, quare neceſſe eſt, vt Pietas cordi & oib. actibus
moderetur. *Timor Dn. Sapientia initium*, quare generum Moſchen Sacerdos *ibid. v. 16* *Exod. 18. v. 21*
Midianiticus Iethro *viros Dei timentes* ante omnia conquirere & conſtituere
ubet: & à iudicibus Pius Rex Ioſaphatus, primitus requirit *Pietatem, & Ti-* *2. Chron. 19. & 20*
morem Ioua, quoniam in huius honorem iudicia maxime exerceãtur. Ipſeq; „
Adſeſſoreᷓ ſe in omnib. iudiciis ingerat, & primos captet accubitus. Quare „
nõ abſq; ratione fuit illorũ mos, qui vacuam timori Iouę ſellam iuxta ſe ſta- „
tuerũt. hæc res & forma eſt fori ac iudiciorũ, qua ſine nihil Deo placere põt.


Quo aũt Iudex ius pie ac iuſte adminiſtret, opus eſt ipſi *Prudentia, cuius tri-
plex facies hieroglyphicum eſt,* ac Sapientia, q̃ pietati ancilletur, qua ſine Pietas,
ſimulacrũ potius pietatis vel ſtoliditas erit: Prudentiã aũt dico, *quæ in pietate
fundatur*, & ex ea mediantib. LL. cũ diuinis tum poſitiuis oritur, piam ac iu-
ſtam prudentiã, q̃ omnia accurate perpendit, & neruũ prudenter intẽdit in

I. *Oculos. Vultus animi Index eſt*, & ex faciei, quæ vocant, lineamentis à pru- *Vid. Gell. l. 14.*
dentibus de cordis vel ſimplicitate vel duplicitate haud difficulter iudicari *c. 14*
põt. Fieri vix poteſt, vt quis monſtrum, ꝙ in corde alit, in vultu prorſus te- *ἐστὶν δίκης*
gere poſſit, quin ꝓmicet. *Qui conniuet oculis ſuis*, inquit Regum ſapientiſſ. & *ὀφθαλμὸς*
ſapientum Rex, *cogitat res peruerſas, concidens ſermones ſuos, perficit malum.* Rota- *ὃς τὰ πάντ' ὁρᾷ*
tus, nictationes & ſimiles oculorũ geſtus duplicis cordis & peruerſi nebu- *Prou. 16. v. 30*
lonis indicia haut obſcura præbent, hæc ὀφθαλμομαντεία ἐκ φυσιογνωμίας raro *Heu quam difficile eſt,*
fallit, vt in ſpecie Sapiẽs de dubiæ pudicitiæ muliere adſerit: *Scortatio mulie-* „ *crimen non*
ris in elatis oculis ac palpebris eius cognoſcitur. „ *prodere vul-* „ *tu.*

II. *Os. Sermo*, aiunt, *animi Index: Loquere*, dicebat Philoſophus, *vt te videam* *ὀφθαλμο-*
verba præcipitata, diſtorta, ſemeſa, tertiata, ambigua, & c. ſufficientia σημεῖα *μαντεία.*
ſunt, quid de re ipſa ſtatuere habeas. Vide mihi Sapientiam ſeu Prudentiam *Syr. 26. v. 12*
Salomonis, ex cruentis profligatę proſtibuli pudicitiæ verbis arguebat, ve- *Eraſm. in Socrat apophth.*
ram illam matrem eſſe non poſſe. Omnia igitur ac ſingula verba pio iudici *1. Sam. 3. v. 27*
aurea lance ſunt trutinanda, vt ius inde extricet.

III. Deniq; & *manum* obſeruare debet: nam ſi illa ſpõte ac temere in duos *Leuiter iurantes.*
priores & extenſos digitos ſe porrigat, haud dubie ſtultum malumq; ibi la-
tere aĩm arguet. Pii & bonæ teſtimonio conſcientię freti iuramenta horrent
tanq̃ ſacra & φρικτά. *Deinde ſi cuius manus videant complicatas & auri argentiue ho-* *2. Pet. 2. v. 15*
norario (ſic iniquitatis mercedem vocãt) *onuſtas*, malæ cauſæ propugnatorem *Schalcks-*
inde intelligẽt. Pii, boni, iuſti cauſæ bonitate freti a munerib. dãdis vltro ab- *Pfenning.*
ſtinent, nec iuſtitiæ mercantur patrocinium, cum diuini interdicti, tum ex-
ternæ honeſtatis, tum ẽt propriæ conſciẽtiæ reſpectu abſterriti, qui v. quãuis
tueri cauſam non abhorrent, quomodo non eãdem eam quouis modo lici-
to, illicito; honeſto, inhoneſto; bono, malo; obtinere ſtudeant.

IVSTITIA DISTRIBVTIVA.



Sancta Themis, iustiq; tenax ter virgo beata,
Quæq; cuiq; soles distribuisse suum!
Dispereat precor ille, tuæ, O Astræa, sacratum
Corpore qui florem virginitatis auet!

Ἰσότης, inquit Græcus, οὐ ποιεῖ πόλεμον. Iuſtitiæ igitur diſtributiuæ hic vides ἱερόγλυφον ἔμβλημα: Eſt autem iuſtitia diſtributiua, quæ ſuum cuiq; abſq; prauis adfectibus, malis conſultoribus, muneribus, reſpectu perſonarum, & aliis iniuſtitiæ hærentibus criminibus diſtribuit, in gloriam Dei & bonorum commodum, ſalutemq;. Habet hæc diſtributiua iuſtitia ſua encomia cum in ſacris, tum in prophanis plurima. *Iudicate*, inquit Dn. Saluator, *rectum iudicium. Non aſſumes perſonam in iudicio; nec munera captabis, abominatio ſunt huiuſmodi Iehouæ. Lauate, purificate vos, amouete malignitatem actionum veſtrarum ex aduerſo oculorum meorū, deſinite male facere: diſcite benefacere, quærite ius: beate oppreſſum, ius dicite pupillo, ſuſcipite cauſam viduæ, &c.* Hæc δικαιοσύνη διανεμητικὴ maxime opus eſt in omnibus omnino ſtatibus, vt cuiq; detur ſecundum quod meruit vel laus, vel vituperium: vel præmium vel pœna, dicente Apoſtolo: *Vnicuiq; quod debetis, vectigal, cui vectigal: tributum, cui tributum: timorem, cui timorem: honorem, cui honorem*: Vergit id in honorem Dei, conducit ad cōmunem tranquillitatem καὶ εὐνοίαν cōſeruandam & animos pacat: vt perpendiculum recte in medio pendeat, & æqua omnia librentur lance, ſerpentina prorſus hanc ad rem opus eſt prudentia: vt figura declarat. Hoc eſt *Periādri* illius *Corinthii: quod iuſtum eſt imitare*. Et *Pittacus Mitilenæus: iuſte*, inquit, *iudicato. Vir iuſtus ſimulacrum Dei*, inquit Diogenes. *Cicero*, inquit, *primum fundamentum iuſtitiæ eſt, ne cui noceatur, deinde communi vtilitati ſeruiatur*. Imo *Dn. Saluator: Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos faciatis illis. Seminate iuſtitiam, &c.* Capitales iuſtitiæ hoſtes ſunt plurimi maximiq;.

Iuſtitia diſtributiua quid.
Ioh. 7. v. 24
Deut. 1. v. 17
Eſai. 1. v. 16
v. 17.
v. 18.
Rom. 13. v. 7. 8
Periander Corinthius.
Pittac. Mitilenæus.
Diogenes.
Cicero.
Luc 6. v. 31.
Hoſ. 10. v. 12

Acceptio perſonæ ſeu Proſopolepſia, quemadmodum *Ageſilaus* Rex ait: Niciā, *ſi non habet iniuſtam cauſam, dimitte & abſolue. Si vero habet iniuſtam cauſam, mea cauſa dimitte: omnino autem dimitte.*

Eraſm. in apoph. Selnec. in pæd.

Acceptio munerum, quæ ſumma iniuſtitia eſt: iuſtitiæ neruus, à ſumendis muneribus ſuper pio ac iuſto, abſtinere, talis *habitabit in monte S. Domini, vt Pſaltes ait.*

Pſal 15. v 5

Temeritas, vis, violentia, quandò dicitur: *Sic volo, ſic iubeo. An neſcis, habere me poteſtatem tui vel abſoluendi, vel condemnandi*: adeoq; vel vitę, vel necis in te? *An neſcis Imperatorem eſſe te, leges ferre non pati*. Et quæ ſunt ſimilia.

Iuuen Satyr. 6
Ioh. 19. v. 10
Iulia nouerca Caracallæ

Præcipitantia: deliberandum autem diu memineris eſſe, quod ſemel iudices, ſtatuaſue. In præcipiti furore ſi quid ſtatueris iuſte, iniuſtum te ſtatuiſſe vel ad minimum iniuſtum eſſe te crede.

Phil in Chron. in Baſſiano.
Athenodorus Aug. græcum α. β. γ. &c.


Odium, ſi condemnes, quem odio habes: non quod iniuſtam tueatur cauſam, ſed tm̄ ꝙ oderis, violentus es & iniuſtus: *affectus mali ſunt conſiliarij.*

Somnolentia itidem. Quemadmodum *Demoſthenes* (vel, vt volunt alii, *Empedocles*) ſomnolentiam ſuorum ſcabinorum *aſinina vmbræ* apologo corrigit: & *Machetes* prouocat à ſomnolento *Philippo* ad expergefactum, & attentum.

Plutarch. de Demoſth.
Philippus Rex Macedoniæ ſomnolentus.
Luc. 6. v. 38

Eadem autem menſura, qua menſus fueris, mentientur tibi.

CANDOR ET VERITAS.



Ne pia diuini violes sacraria iuris,
Sed claue vtaris legis ad arbitrium:
Candor, & Alma fides, studium SEVERI *ac* VERI
Ornent iudicium, singulaq; acta, tuum.

Clauis

Clauis, iustitiæ; *Sagitta*, seueritatis; *crux*, fidei hieroglyphica intellige, *dua facies* denotant candorem ac veritatem. Scopus huius ἐμβλήματος est, inhibere corrupta iudicia, promouere recta. Clauibus inter alia vtimur ad magnos recludendos thesauros. Maxim⁹ Thesaurus est iustitia: hanc vt recte administres, quicunq; dicis ius, summopere necessarium est: ne connumereris illis, de quibus Poeta: *Iustitia forensis.* *Vsus clauium Senatus Norimb. Imp. bonis verbis & grauibus pœnis.*

Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας *Homer. Iliad. l.16. seu π.*

Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Fidelitate cum primis opus est iudici tanquam diuino administro: nã in *ministris non requiritur nisi vt sint fideles. Fideles respiciunt oculi pij magistratus*: vt *Dauid* in Psalmis loquitur. Nec non & seueritate: Verum enim imo verissimum est illud *Mimi: Bonis nocet, qui malis parcit.* Nota est historia *Saulis parcẽtis Agago regi Amalecitarũ*, qui perpetuæ propterea internecioni à Deo Opt. Max. deuotus est. Nec ignota illa de *Ababo, parcenti Benhado Syrorum Regi*, id propter à Deo abiecto. *Maledictus qui facit opus Dn. fraudulenter, & retinet gladiũ, ne effundat sanguinem. Pia seueritas non est crudelitas. Non frustra gladium gerit magistratus, &c.* Totus Spartanorum exercitus deletus est propter duorum adolescentum scelus in Scedasi filias patratum: non enim moratur nemesis Adrastia diuina. *1. Cor. 4. v. 2* *Psal. 101 v. 6* *Mimus.* *1 Sam. 14* *1. Reg. 20* *Ier. 48. v. 10* *vid Rom. 13. v. 4* *Iustin. Plut. Phil. alii.*


Quare iudices corrumpi se non sinant, sed legitima cognitione præuia veritatem inquirant, quodque iustum est decernant: insontes tueantur: nec maleficis parcãt, sed vt lex quenq; vel absolui vel damnari iubet, ita vel absoluant vel condemnent. *Non obliti ἐπιεικείας pro re nata.*

Nemo præficiatur iurisdictioni, nisi qui scientiam legum habeat & conscientiam, quiq; ius dicere, suumq; cuiq; tribuere velit ac possit ἄνευ προσωποληψίας καὶ δωροφαγίας, quas pestes Deus exsecratur, & iura Cæsarea prohibent ac plectunt. *Georg. Remus in Spicileg in Prou. Salom.*

Εἰλικρίνεια siue *candor* si vspiam laudabilis est, in iudice certe laudibus ad cœlum vsq; est euehendus: estq; *muri instar ahenei, non egit Mauri iaculis nec arcu. Recte faciendo neminem timeo*, ait ille. *Horat. in ep. l. 1. Epl. 1* *Id. lib. 1. oda. 22.*

Nec minus diuina veritas vtilis simul ac laudabilis est. *Veritate stabilitur thronus reg*[illegible]. Quare iudices, vt veraces ipsi sint oportet, ita veritatem, amare & inquirere debent. sunt qui iure dicundo ita ludunt, quemadmodũ pueri ludunt astragulis: quemadmodum *Dux Albanus* vitam Harlemensibus ciuibus stipulatus, fame eos necat, vitam ipsis non victum sese promisisse dictitans. Et *Paises Duci Colophonio* promittit saluum con: & reductum: sed reducto in vrbem ceruicem demi demetique iubet. Cruenta hæc veritatis læsio est, & candoris, cruentaque calumnia. *Prou. 16. v. 12* *Sleidan. & Osiand in centur. Ecclesiast. Phil. in Chron.*

PRO PATRIA MORI pulchrum.



Est etiam sæuo licitum decernere bello,
Non aliter tuto viuere quando licet:
Attendas autem prudens ante omnia causam,
Quæ nisi iusta subest subtrahat arma pudor:


Omnia prius verbis ac sapienti consilio experiri, quam decernere armis, sapientem decet. Verum si aliter non liceat aris focisq; vti integris, non est contra diuina neq; humana iura etiam armis experiri. *Pro aris* autem *& focis*, aiunt, quibus duæ iuste gerendi belli adsignantur causæ: defensio religionis seu fidei: & defensio patriæ, bonorum & fortunarum, coniugum, liberorum, & omniũ. &c. *Alphonsus Rex Neapolitan*, in clypeo gestat Pellicanum, sanguinem rostro è pectore elicientem, & mortuos pullos viuificantem, cum inscripto Noemate: *PRO LEGE ET PRO GREGE*: idem prorsus subindicans. *Terent. in Eunuch.* *Panorm. de dictu ac factis Reg. Alphonſ.*

Et quidem pro patria ac focis ferro decertandum esse cum sacra tum profana abunde comprobant. *Pro patria*, aiunt, *mori gloriosum est.* Quanquam & hic summa prudentia opus est: Ne quem tibi hostem vltro accersas, vt fecit *Amasias* Rex Iudæ. & *Iosias* post eum. Neq; nimio furore ad arma præceps rapiare. *Non deponuntur ea facilitate arma qua sumuntur.* Quæ momento arripueris „ per multos fere annos vix deponere, & non nisi cum summo damno licebit, vbi defecerit *& pecunia & sapientia*, quemadmodum sapientiss. Imp. Carol. V. olim dicebat. Turrim qui ædificare vult, sumptos præmẽsos ac præsupputatos habeat oportet: ideoq; ad arma rapiare caue, si hic te belli neruus destituerit: vel ad arma si raptus es, pacem, quam potes, quære. Vbi vero & iusto bello peteris occupariſve, velim te nulli parcere sumptui, notũ est de *Mauritio Imp.* qui intempestiua auaritia militem irritauit, & in se, domumq; Imp. totam concitauit, quam non nisi interitu liberorum, coniugis suiq; ipsius piauit. *De Constantino Palæologo* extimo Orientis Imp. ferũt, quod propter nimiam tenacitatem Vrbem necessario præsidio nudarit, ac tandem amiserit, cũ perpetuo & Imperatorii numinis in Oriente & Christiani nominis dedecore ac damno. *Horat in Od. lib. 3. Od. 2.* *2. Reg 14. v. 8. 9. &c.* *2. Reg. 22. v. 29. &c.* *1. Reg. 20. v. 11* *Sleidan.* *Luc. 14. v. 28. &c.* "*Sumptib non parcend.*" *Phil. Chron. in Maurit.* *Thil Osiand. & pler q; alii.*

Pacta etiam ac fœdera de induciis aliisque rebus vtilibus, necessariis bonis & honestis etiam hosti seruabis: Magna nominis decessione laborat *Card. Iulian.* qui Ladislao suaserit, fædus frangendum cum Amurathe Turcorum ictum. *Becan tract. de seruand. fide.*

Pro religione ac fide an arma sumenda sint, quæsitum est, & in vtrãq: partem disputatum; Videtur autem quod sic: Ex loco *Israelitarum* qui ob probabilem læsi religionis suspicionem copias coegerunt contra fratres. Quod & *Maccabæi* factitarunt. Et Imper. θεοφιλέστατος *Constantinus Magnus* Christianis propter religionem patientibus contra sex tyrannos Diocletianum, Maximianum, Galerium Maxentium Maximin & Licinium suppetias tulit, & ὁμοψήφως Christianos in libertatem vindicauit. Quæ in contrariam partem oggeruntur non est loci huius refutare. *Binder. Thes. de Bello* *Tolan. Syntagm Theol. § de Iustitia bellic.* *Weller de Hierarch.* *Danaus in Ethica Christian.* *Histor Eccl. Magd. Cent. Quart.* *Ios. 22.*

ARGENTEA HASTA pugnare.



Ærea piſcaris munuſcula, & aurea præſtas,
Quantæ id (crede mihi) eſt fatuitatis opus.
Munera captantes, eadem quoq; munera dantes,
Hos turpes ſimili crimine vtroſq; puta!

Vtilissimum instrumentum est BIPENNIS, ad configendum simul ac percutiendum, ad trahendum æque atq; amoliendum cõducibile, sed penes vtentem est eius vsus & arbitrium; vt bene vel male adhibeatur, cadatque. Huic nostrum ἔμβλημα comparat ius siue forum, siue instrumenta iustitiæ, bona ea per se & vtilia, sed male à multis vsurpantur, qui LL. figũt, refiguntq;, torquentq; ac retorquẽt, put ipsis volupe, atq; crumenę proficuũ fore colligere possunt, nulla Dei, propriæq; & consciẽtiæ ac famæ ratione ducti. Magna huius seculi labes ac profanitas, vt non immerito vulgus Iuristarum (quos vocant) male audiat, iam inde à multis annorum centenariis. Fit autem istud plærunque acceptione vel personarum vel munerum: qua de re pernitiosissima multa hactenus: & constat illicitum id esse ex *iure* *Vsus bipennis similis est fori.*

Diuino. Ne suscipias personam in Iudicio, neq; captes munera, sunt enim hæc abominatio coram Deo. *Deut. 1. v. 16. 17. &c.*

Canonico. Non debet (inquit) *Iudex vendere* * *iustum iudicium, aut testis verum testimonium. Cum autem iudicia & testimonia quæ nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa venduntur, multo sceleratius vtiq; pecunia sumitur, quia scelerate sumitur, licet à volentibus datur, &c.* *Extr caus. 14. q. 5. Can. non sane. &c.* * *Multo minus iniustum.*

Ciuili. Vt in l. plebiscito. ff. de offic. præsid. & in authentic. §. Quapropter. in fin. col. 2. iuxta textum in c. summopere. 11. qu. 3. quæ posteriora ad ius canonicum pertinent. vid. nouell. *C. l. 1 §. 1. & 2. D de calum. l. 2. C. de pœn. iud qui male iudic.*

Naturali. Ex lumine iuris naturæ scit *Cambyses* δωροφαγίαν esse prohibitam. Ex eodem detestatur Poeta, aliud q. agendo *Herodot. li. 3. Valer lib 6. c. 3 Sarcasm.*

Munera crede mihi placant hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Quare significanter admodum *Thebani* seu Athenienses suos iudices pinxerunt simulacra quædam ante altaria Deorum sedentia, omnia manibus truncatis, præter supremum, manibus quidem integrum, sed oculis captum. Vnde præclare Alciatus: *Alciat in Emblem.*

Effigies manibus trunca ante altaria Diuum
Hic resident, quarum lumine capta prior:
Signa potestatis summæ, sanctiq; senatus,
Thebanis fuerant ista reperta viris:
Cur resident? quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec variare leui:
Cur sine sunt manibus? capiant ne Xenia, nec se
Pollicitis flecti muneribusue sinant:
Cæcus adest Princeps, quod solis auribus absq;
Affectu, constans iussa senatus agit.

CVM TEMPORE ET modo.



Quisquis es in ſpeculo tanquam tua diſcute facta:
Et quid te deceat, diſpice, quidue minus;
[illegible]orem alterius nunquam tu te oggere labis,
Quin prius explores ſingula quæq; tua.

Tria Prudentiæ Hieroglyphica in vno & breui hoc vides Emblemate, *Gallum, Speculum, & Serpentem.* Temporis rationem esse ducendam cum in verbis tum in factis, monent. Serpentinam prudentiam ipse *Dominus* cōmendat in Euangelio. *Prudentißimus* autem, *h. e. astutißimus bestiarum omnium ita dictus est serpens (inquit August.) propter astuciam diaboli, qui in illo & de illo agebat dolum Serpens prudentißime cauet, ne vulnus capiat in capite, quare gyros torquet, sibila edit, & quoquo modo potest se defendit. Gallus temporis horologus est, quod intelligentia* (inquit *Gregor.*) *accepit, vt prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces excitationis emittat.* Pretiosissima certe temporis iactura est, *fugit irreuocabile tempus, ars longa vita breuis, quare,* quam accuratissima potest, eius habenda est ratio, vt *ne sine linea,* quod aiunt, prætereat. Nam etiam minutissimi temporis acti, vel momenti, reddēda olim ratio erit. *Seruite tempori,* ait Apostolus, *quoniam mali dies.* Multus & grauis est *Bernhardus* in tēmporis subducenda ratione.

Luc. 10. v. 3. Matt. 10. v. 16. Cypr. tract. 3. de simplic. prælator. Aug. l. 11. c. 29. de Genes. ad literam. Hilar. in Matth. vid. Biblioth. col. 172 b. Greg. Moral. l. 30. c. 5. Temporis iactura omniũ pretiosißima. Eph. 5. v. 16. Bern. vt infr.

Serpentis aliam adfert *Augustin.* ἱερογλυφικὸν: *Quemadmodum* (inquit) *serpentis quoddam genus, cum it ad bibendum, priusquam ad fontem venit, omne venenum euomit: ita Christianus cum ad orandum accedit omnem iracundiam & odium proximi deponat.*

Ad comit. Iulia de perfect. Iustitia.

Seruit etiam *Gallus* considerationi proprię nostræ ἀδυναμίας, infirmitatis, & ad labendum pronitatis, monetq; eo mitius de proximi nequis sentire, statuere, ac loqui, *nam cum edere cantus parat,* (verba sunt *D. Greg. Magni Episc. Romani*) *prius alas solerter excutit, & semetipsum feriens, vigilantiorem reddit: ita pii sese in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed ante se per sublimia facta excutiunt. Et tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt.* Singularis ac raræ prudentiæ ac pietatis opus est à se ipso censuram eiusque initium facere, nam *iustus est accusator sui ipsius.* Tanto laudabilius, quanto grauius exercetur illud γνῶθι σεαυτόν. Sculpi non scribi istud vbiq; conueniebat, quemadmodum *Ausonius:*

Commendo nostrum γνῶθι σεαυτὸν *nosce te*
Quod in columna iam tenetur Delphica.

Greg. moral. l. 30. c. 5. Prou. 14. v. 8. vid. Erasm. Adag. Chil. 1. Centur. 6. adag. 95. p. 225.

Plerumq; fieri solet *vt non videamus id mantica quod in tergo est,* eoq; confidentius iudicamus proximum: sed facile ab altero abstinet iudicando, qui sua facta dictaque recolit. Pessimæ indolis est, & hominis inuidi indicium atque vani, qui alios iudicat se non iudicat nec excutit. ὄψον αἱ κατηγορίαι τοῖς φθονεροῖς. Sed de hoc infra.

Martial. in Epigrammat. Horat. Satyr. 3. li. 1. „Stultus & „improbus „hic amor est, „&c. Pindar.

IVS IN MANIBVS.




Flos vt odorus api mel præbet, lurida fellæ
Ex quo ſed contra toxica arachna bibit:
Haud ſecus ex diuo probus haurit iure ſalutem,
Per quod & iniuſtus iuſta barathra ſubit.

Compe-

Compedes aculeum semper erectum gerentes, iuris gerunt figuram, quod *Perpetua iuris*
semper idem manet atq; æquabile, tametsi petulanter admodum à multis *æquabilitas.*
figatur, refigatur, & instar astragalorum, chartarumq; tractetur, quod scur- Dz rechte
rarum, mimorum, histrionum, & similium huius manipuli furum est. Non Recht.
secus ac *cereus nasus* ab *aureis & auaris iuristis* (quos vocant) torquetur. fitque *Sic loquitur*
adeo illis ipsis ius, & administratio iustitiæ iniusta instar aurearum compe- *nostri seculi*
dum, quibus ipsi læduntur. Vt optimo in tales iure ludere liceat, quemad- *magnus quispiam vir.*
modum mordax in coætaneum *Aristippum Diogenes*; *aureis eos compedibus in fo-* *Plutarch. in*
ro teneri, ne auolare possint. Nemo autem sine læsione in compedes impingit, *apophț.*
ita nec sine damno tales ius peruertent, sed sequetur illos heîc infamia, ma-
la conscientia, & iustum odium, isthic autem iusta condemnatio. Ius hic in- „ *Iniusti iudi-*
iuste dispensant, quare à iustissimo Deo haud iniuste aliquando iudicabun- „ *ces iuste iu-*
tur: *Durum* autem *erit illis* πρὸς κέντρα λακτίζειν, vt ad Saulum *Dominus Seruator* „ *dicabuntur.* *Actor.* 9
ait *Iniusti non possidebunt regnum cœlorum. Ne fallamini, Deus non irridetur.* Risus 1. *Cor.* 6. *v.* 10 *Gal.* 6. *v.* 7
vobis, ô boni, fiunt hic pauperes, pressi, sacerdotes, ministri, viduę, orphani: *Exclam.*
ridebit & vos aliquando Deus, Angeli ridebunt, & subsannabit totus Ele-
ctorum exercitus, ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. *Deus videt, Deus odit, Deus punit.* Gladius „
iustitiæ, quem pro lubitu versastis, vibrastis, torsistis, in vos ac viscera vestra „
conuertetur. *Salua ac immota stabit iustitiæ maceries, sed vestra volis, quibus impin-* „
gitis, capita diminuet, vt medias crepent. Lapis offendiculi super vos cadet, qui comminuet *Matt.* 21.
funditim. Compedes, quas pauperi ac derelicto iacitis, vestros vobis ipsis *Sap.* 2.
pedes confodient. Si non hic est qui vos excoriet Cambyses, at erit isthic „
qui vos iudicet atq; condemnet Deus. Via est vobis ius, quæ vestra vos in- „
iustitia atq; culpa ad inferos ducit. Canis rabiosus est, cuius veneno certo ☞
occumbetis, nisi resipueritis. Quare in auribus vestris semper sonet illud *Demosthenes.*
Dauidicum: *Quousq; iudicabitis inique, & personam impiorum suscipietis* *Æschines.*
summe. Iudicate tenuem & pupillum, adflictum & pauperem iustum pro- *Psal.* 82. *v.* 3
nunciate. Liberate tenuem, & egentem è manu improborum eripite. Ego *ibid. v.* 4.
dixi, Dii quidem estis & filij excelsi omnes: At certe, vt plebeius homo mo- *ibid. v.* 6 *ibid. v.* 7
rituri estis, etiam sicut vnus aliorum principum casuri estis.

Potentes potenter patientur tor- *Sapient.* 6. *v.* 6
menta.

PATIENTIA VINCIT omnia.



Disce ſed ex verbo mentem firmare Iehouæ,
Rebus in aduerſis rupis vt inſtar ouet:
Grata Deo nulla eſt patientia, quam niſi firmet
Ex verbo diuus Spiritus ille ſuo.

Varie

Varie & infirmis admodum rationum fundamentis prudentiores Philosophorum Gentilium labores ac ærumnas huius æui solati sunt, vt: quod necesse sit feras, quæ non possis mutare. Patientiam talem esse virtutem, quæ dolori longe anteponenda sit, Exemplis fulti collationeq; euentuum: & si quæ sunt similia. Sed nimis arida hæc fuerunt, vt in exitu videre fuit. *Sola religio Christiana*, & purum putum Dei verbum solida fundamenta cōsolationum subministrat, quibus cor fidele rebus in incertis atque afflictis niti ac saluari potest. *Voluntatem diuinam*, cui necesse est obedire, respicere patiens ante omnia debet ac potest. Habet aūt Deus causas, cur suos premi in hoc æuo atq; discruciari permittit. *Liberrimum agens* est, & *potestatem habet facere de suo quod vult, neq; est quod dicat lutum factori suo: cur me tale facis*; Habet vitæ simul atq; necis in nos ius, & *volūtati ipsius refragari nephas*. Ita autem decretum est apud ipsum vt vel probet vel castiget: & fauillas *fidei*, spei, patiētiæ, humilitatis, inuocationis exsuscitet, moueat, augeat, vt in magna incendia AMORIS exardescant. *Vult nos conformes fieri imagini filij sui tum patientia tū exaltatione*. Hæc autem omnia non nisi ex solo ac solido diuino verbo addiscuntur, vides igitur *agnum libro verbi insistere: Verbum* autem *immota rupi imponitur*. *Rupes Christus est*: qui verbi est scopus, hoc est vtriusq; testamenti *caput: nam ei omnes Propheta testimonium perhibent: propter* Christum patiens *abnegat semetipsum, sustollit crucem suam & sequitur ipsum*. Inde certam spem gerit *corona immarcessibilis vita atq; gloria, Patientia* enim *corona sanctorum* est. Premitur patiens à mundo iuxta quod dictum à Seruatore: *In(a) mundo pressuram habetis: Lupus alligat agnum turbata aqua*: Sed iustus nititur fide & bonæ conscientiæ testimonio. *Estq; aliquid magnis crimen abesse malis*. Et sustentat se breuitate horæ, qua sunt finienda huius æui mala: vt *Sapores Persa* seni *Anania*. *Claude momentum oculos*. Et patiēter expectat *mortem, qua* gloriosa simul ac *pretiosa est in conspectu Dei*, finis malorum, atq; vitæ ianua. Sed & considerat fragilitatem honorum, opum, & oīm eorum, quæ in aliqua existimatione sunt in seculo isthoc, non obliti istius Apostolici: Παράγεται τὸ σχῆμα τοῦ αἰῶνος τούτου. Inprimis autem *copiosam mercedem in cœlis repositam*: Cum *momentanea leuitas afflictionis æternum pondus gloria pariat*: dispereuntibus improbis, osoribus, liuidis, instar fumi displosis, & dicunt cum Propheta, imo cum Ecclesia: *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, vsque dum contendat contentionem meam, & exerceat ius meum: producens me in lucem, vt fruar iustitia eius.*

Fundamenta consolationum Philosophica.

1. Sam. 3. Dominus est.

Rom. 9. voluntati eius quis?

Matt. 20. v. 15

Rom. 9. v. 20. 21

1. Pet. 1. v. 6. 7. 8

Rom. 8. v. 29

ἱερογλυφ.

Act. 10. v. 43

Matt. 16. v. 24

2. Tim. 4. v. 8

Ioh. 16. v. vlt.

Iob 23. v. 10. 11. 12

Ioh. 2.

Histor. Eccl. cent. 3.

Psal. 16. v. 15

1. Cor. 7. v. 31

Matt. 5. v. 12

2. Cor. 4. v. 17

Michaa 7. v. 9

PLEBEM NE CONCITATO.




Quæritur immani nece cur perit hicce vel ille?
In promptu cauſa eſt: ſeditioſus erat.
Crede, magiſtratus fruſtra non promicat enſe:
Diſperiit, qui vnquam ſeditioſus erat.

Noctuam

Noctuam seditionis ac *seditiosorum* faciunt hieroglyphicum. *Est autem seditio non tantum resistere ac repugnare ordinario atq; legitimo magistratui in rebus diuinis atq; licitis, sed etiam alios in societatem perditissimi huius criminis adlegere, & ipso opere crimen committere læsæ maiestatis.* Turpissimum & exsecrandum hoc est crimen, & tam in sacris quam in prophanis meritissime damnatum. Sicut dicitur: *Ne sis seditiosus, neq; cum tumultuante plebe commiscetor.* Et nota sunt exempla seditiosorum pessimo semper letho extinctorum. Horrendum sane quod de *Coraho*, *Dathane*, atq; *Abirone* legitur, est, qui cum tabernaculis, *vxoribus, liberis, pecoribus, iumentis, & omnibus* viui in infernum descenderunt. *Simri* seditiosus & alii male perierunt. *Seba* interiit. *Iudæi* aduersum ordinarium Magistratũ Romanum seditiosi decantatissimum punitæ seditionis atq; rebellionis exemplum nobis reliquerunt: quid dicam de *Catilina*? quid de *Cassio, Bruto*, & scelestis aliis coniuratoribus? Quemadmodum *noctua* noctis tenebris ad suum volatum, seditiosamq; ædendam vocem abutitur: ita & illi in tenebris suas eiaculabantur schedulas, quibus sese mutuo ad audendum seditiosissimum & detestabilissimum parricidium exhortati sunt, qui adhuc hodie seditiosorum mos est, clam machinari, malumque architectari, *nam qui mala agit, odit lucem, eamq; fugit, sciẽs opera sua à luce argui propalã.* Capitalis etiam pœna, eaq; grauissima LL. statuta est seditiosis. Docentque exempla, nunquam cuiuspiam vspiam seditiosi felices fuisse exitus. Videatur Valer. Maxim. lib. non. capit. septim. Nec hodienum moratur Adrasteia iustissima Iehouæ contra mouentes plebem, & concitantes seditionem, vt exẽpla recentia in Galliis. Anglia. nec non & Germania nostra luculenter testantur. Hoc non semel ex bonis audierunt boni: *Nunquam vidi bonis exstinctum morte, qui cum ordinario ac legitimo magistratu seditiose contenderit.* Non dubitat B. August. seditionis originem ad ipsum Sathanam referre: *Vitium*, inquit, *malum*, (seditio) *vitium primum! Primus enim homo dominari voluit, dominum habere noluit.* Et alibi bestias immanitate superare scribit idem: *Contemptor gloriæ, Dominationis est auidus, bestias superat, sine crudelitate vitæ, sine fluxu luxuriæ.* vid. Alexandr. ab Alexand. in Genialib. diebus.

Seditio. Quid?
2 Pet. 2.
Syr. 7. v. 9
Num. 16. v. 31. 32. &c.
Absolon. 2. Sam. 15. 16. 17. 18
1. Reg. 16. v. 10
2. Sam 20. v. 22.
Vid. Ioseph. de bell. Iudaic.
Modestin Iurisc in l. constit. D de appellat.
Sueton. in C. Iul. Cæs.
Rustici seditiosi.
Ann. 1525. vide Sleidan.
Ioh. 3. v. 20
Magi in Persia test. Iustin.
Valer. Max. l. 9. c. 7
Ecli. 7. c. 2
Non frustra gladium gerit. Rom. c 13
Damhouder. prax crimin. c. 63
Aug de verbis Domini, secundum Lucam serm. 31
Lib. 5. decius Dei, c. 19

IVRABIS AC SERVABIS.



Μηδ' ἐπιορκήσεις, μητ' ἀγνῶς, μήδε ἑκώντι

Phocylidis vatis pagina ſcripta docet.
Nam miſer eſt quiſquis temere periuria fundit,
Cum veniat tacitis pœna frequens pedibus.

Iuramenta ſemper religioſa habita ſunt, etiam à vanis ac profanis ethni- *Iuramenta.*
cis. Nulla enim gens vnquam tam rudis tamq; barbara fuit, quin crediderit
eſſe Deum, eumq; cum timore καὶ τρόμῳ venerandum. Quare etiam iuramen-
ta quæ conteſtationes ſunt φρικτοὶ diuini numinis, non potuerunt non in *φρικτὰ.*
ſumma veneratione haberi. Quare etiam omnibus atq; ſingulis fidelibus
iuramenta licere, imo pro re nata incumbere, æquum & liquidum eſt. Poſ-
ſunt & debent *perſonæ Eccleſiaſticæ* iurare, ſe pro ea facultate, quam diuinus *Eccleſiaſtici. 2.Tim. 4. v.1*
ſuggerit Spiritus fideliter adminiſtraturos officium, acuendo legem, docē-
do Euangeliū, præſtare obedientiam & fidelitatem in rebus diuinis, licitis *Paulus ſæpiſſ.*
atq; honeſtis. Itidem & *magiſtratus*, huiuſq; locum tenentes, & officiarii, ſe *Seculares.*
ius diſpenſaturos recte & abſq; reſpectu vel perſonarum vel munerum. O- *Idiotæ.*
mnes deniq; quibus iuramentum præſtandum legitime offertur vel impo-
nitur: Iurandum a. eſt & Deo & per Deum, iurandum quoq; hominibus per
Deum, ſed non per homines neq, per vllam rem aliam creatā extra ac præ-
ter Deum: Nam *Per nomen*, inquit Propheta: *Ihoua iurabis, & quod iuraſti, ſer-* *Exod 20.v.7*
uabis: in veritate, in iuſtitia, in iudicio, &c. Quod enim *Dn. Saluator* ait: *Omnino non* *Leuit.19.v.12 Ierem.4.v.2*
iuretis, iſtud de temerariis peierationibus accipiendum eſſe, nemo pius ne- *Matt.5.v.34*
gauerit. Ideoq; & ea, quæ pie, legitimeq; iurata ſunt, omnino ſeruanda eſſe
iura omnia manifeſte clamant. Ea autem pia & legitima iuramenta ſunt, *Qualia iuramenta.*
quę fiunt ſecundum verbum Dei, de rebus piis, honeſtis, licitis, poſſibilibus,
&c. inq; iurantium poteſtate exiſtentibus: ſecus non ſunt legitima, neque
etiam ſeruanda: Præſtaret autem omnino non fieri talia iuramenta, quam *Vid. Aug. de*
facta reſcindi. Verum ſi facta, ſine impietate vel ſcelere compleri non poſ- *verb B. Ap.*
ſint, præſtat reſcindi quam ſeruari. *Vota enim* atque *iuramenta non debent eſſe* *Iacob. ſerm. 30*
vincula iniquitatis: neq; obligant tenentue ad impoſſibilia, inhoneſtaq;, vel
contra Deum contraq; communem honeſtatem militantia. Reſcindere
poterat paterfamilias filiæ ſuæ incautum votum. Stulte ſimul atque impie
ſuſtulit filiā *Iephthes*, ſiquidem Holocautomatis vice ſuſtulit. Impie ac ſtulte *Num.30.v.4*
Saul filiū Ionathanem ad mortem poſcit. Impie Baptiſtā necat *Antipas*: Re- *Iudic. 11. v. 39*
ctius *Hippolytus: lingua iuraui, mentem iniuratam teneo. In malis pactis reſcinde fidem* *1.Sam.14*
inquit *Iſidorus*, &c. Si quid autem iuraſti ἀληθῶς καὶ δικαίως, id vt ſerues, ſumma *Matt 14 Extr. XXII.*
ope nitere. Extremæ impietatis eſt, legitime iurata infringere, & Deum falſi *q 2. late.*
teſtem facere, quod omnium ordinum homines hodie frequenter faciunt, *Noſtrum forum.*
& non minori impietate quam leuitate. Inprimis autem in iudi-
cio attendendum, ne quid tale committatur, vel
iuramentis ludatur, maxime per
magiſtratum.

ΜΗΤ' ΑΝΤΙΓΝΕΕΙΝ ΑΝΕΜΟΙΣΙΝ.



Temporibus, ſiquidem ſapias, ſeruire memento,
Atq; malos noris ſeculi adeſſe dies.
Vt refles ventis, caueas, polypiq; teneto
Mentem, qui quæuis ſaxa colore refert.

Nauigium, quod vides, statum, conditionemq; huius æui tibi figurat, in quo *Diabolus, horologij obseruans* remigem agit, *crux* fidei; & *gladius*, iustitiæ sunt hieroglyphica: *saccus* cum *gallo* versatili studia mundi significant, & cupiditates, quibus deflagrat mundus: *Sol* vero *occumbens*, finem mundi ob oculos ponit. — *ἱερογλυφ.*

Non abludunt hæc nec à sacris nec ab experientia, magistra stultorũ. Vehitur hic mundus instar nauigii in altissimo atq; profundissimo mari, in quod vna *Eurus Nothusq; ruunt; creberq; procellis Africus* incumbit, & à fluctibus hinc inde iactatur, concutiturq;: Ita innumeris atq; perpetuis rerum aduersarum procellis impetuntur, quicunq, huic nauigio imponuntur: & *mors à vita* (quemadmodum ille non minus eleganter quam vere dixit) *vnum tantum distat asseum*: Pauci *cum Deo, cum superis, cum felicibus nauigamus*. Paucis *iuxta terram* nauigare, h. e. æuum sine iactatione atq; concussione transigere, datur. πλοῦς γὰρ ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος, vt Plutarch.

B. Bern. serm. 1. de adu. Domini. Vid Matth. 8. de nauig. Christi. Greg. epist. l. 6. epist. 26 Erasm. in chiliad. Plutarch.

Remex Diabolus nauigium, quo vult, impellit, est enim *Princeps*, imo *Deus* τοῦ αἰῶνος τούτου: & *est efficax in filiis* ἀπειθείας: *Horologii sane* obseruantissimus, ne quid temporis elabatur sine linea: quæ diuini illius oraculi etiam mens est ac sententia: *Væ* (dicentis) *terræ ac mari, quia descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.*

Ioh. 14. v. 30. 2. Cor. 4. v. 4. Eph. 2. v. 2 Actor. 12. v. 12

Pecuniæ obediunt omnia fides per aurum soluitur. Iustitia per aurum intercidit: *Quærendam pecuniam primum* esse omnes fere vno ore clamitant, & virtutem post nummos ponunt. ὦ φίλοι! (exclamamus) οὐδεὶς φίλος: ἤ: ὦ πιστοὶ οὐδεὶς πιστός, *&c. Nulla fides pietasq; locis reperitur in vllis.*

Prudent. in hymno de S. Laurent. Vt est in Iuuenal. NB.

Gallo plæriq; versatiliores sunt *templario, quo se ventus porrigit, eo pallium obuertunt: quo se Fortuna, eo etiam fauor hominum inclinat. Polypi mentem obtinent*, quouis *Protheo* vel *vertumno* mutabiliores, πολύτροποι, falsarii, hypocritæ, inconstantes; & *Morpheo* genitos dicas, adeo vti foro, & seruire scenæ norunt, *Alcibiadem* agunt, & *Vlyssem*.

O quam verè Iustin. lib. 5 Erasm. in Chiliad.

Sed moribus hisce suis imminens *iudicium, horamq; nouissimam* prænunciant, & ad occasum vergere solent, condocefaciunt. Quare quicunq; sunt boni, vt corruptissimos prauissimi huius seculi mores detestantur, eaque propter mœrent, ita non possunt non gestire ob instantem finem, inclamareque: *veni Domine.*

Vid. Erasm. Chiliad. 1. cent. 1. p. 55 2. Tim. 3. v. 1 Apoc. vltim.

NE SVTOR VLTRA CREPIDAM.



Ordine diſtinxit ſapiens ſua munera Ihoua,
Nec cuiquam cunctis more præeſſe datum,
Ergo cuiq; ſient primum ſua munia curæ,
Ne contra plectat vindicis ira Dei.

Pie ac vere, *Initium*, inquit Sapiens, *Omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertit eum in finem*: Quæ si superiores ordines inuadat, occupet, ducat, multa mala committuntur in Deum, Ecclesiam, Pios. *Syr. 10. v. 14*

Sacerdos μεγαλοπρέπων, μεγαλορρήμων, καὶ φιλότιμος in sacri Codicis adyta temere se ingerit, sua sensa importat, fingit, refingit: figit, refigit, & *hoc cogit significare, quod ille mente prius concepit*. Vt exempla: Pauli Samosateni: Arrii: Nestorii & similium Hæresiarcharum prisci & nostri temporis ostendunt. Vtinam vero talibus hominum φιλαυτῶν monstris seculum nostrum vel careret vel caruisset! Is talis etiam *verbum salutis ac veritatis* ὀρθοτομεῖν haud curat, sed *mutum canem præstat, puluinaria consuit, vulpem agit*, & quoquo modo honorem captat, & applausum tam à vulgo quam à proceribus. Si qui sunt ex fratribus boni, & pio zelo præditi, hos in odium apud superiores inducunt, calumniantur, & nullum non lapidem mouent, vt supprimantur, quo tales Morphistæ, Ecebolistæ, & deuota Satanæ mancipia soli regnent atque dominentur: nec desunt hoc nostro seculo tales perfidi *serui conseruos ferientes, & primas in omnibus congressibus atq; consessibus captantes*.

Hæreticorum mores. Hilar. libr. de Trinit. 1 Consul. histor. Eccl. & quid. cent. 4. horum. 2 Timot. 2. v. 15. Esai. 56. v. 10 Ezech. 13. v. 4 5 &c. NB. Luc. 12. v. 45

Politicus elato ingenio, & libidine dominandi perdite flagrans, hos fouet, quos sibi genua flectere ac se adorare sentit, reliquos Mardochæos, vtcunq; pios, vtcunq; doctos, vtrumque Ecclesiæ vel reipublicæ valde vtiles tales oderunt, aspernantur, naso suspendunt adunco, premunt, pro derisu habent, & id solum agunt, vt ne pro virtutum suarum dignitate emergant, nihil veriti oppressorum clamores, neque vindicem oculum Dei αὐτοῦ προσωποληψίας aliquando iuste iudicaturum.

Matt. 23. v. 6 Hamanum mores Esther. 3. & seqq. Commune crimen.

Hoc vero Caput labis ac mali est, si soli Politici in diuina atq; Ecclesiastica iura inuolent, ministros verbi vocent, examinent, ordinent, id docere cogant, quod ipsis arridet, & Theologiam in Ecclesia, Theologosq; moderentur, vt *quid* vel *quomodo* hi proponant pro suggestu, *ex solo ipsorum arbitrio* sumant. Ministri in Consistoriis tolerantur tantum, si quidem tolerantur: decreta autem à solis, puris, putis Politicis pendentia, in Persicorũ ordinem abeunt. Horrenda hæc est ἀλλοτριο-ἐπισκοπία & si non hic (quæ optimi ac sanctissimi Dei est longanimitas!) certe isthic infernalibus prunis æternum mulctanda. Dudum inuasit Ecclesiam hæc lues, estq; à multis hactenus deplorata, sed Cæsareus ille Papatus non resipit, & plura damna dat quam Papæus Cæsareatus.

R. T. Adam Cent. in Iubil. Iubilorum. Quarimonia Philip. Epl. ad Camerar. Cæsareus Papatus ex diabolo.

NOLI ALTVM SAPERE.



Præcipiti quicunq; gradû tolluntur in altum;
Hi lapſu tantum dein grauiore ruent.
Infima qui contra captant, ſublimibus auſis:
Hos in fine tamen gloria digna manet.

Vetuſtiſſimum, communiſſimum, turpiſſimum crimen eſt SVPERBIA: quæ eſt, *plus de ſemetipſo ſapere ac ſentire, quam decet*: definiente Apoſtolo *vetuſtiſsimum* rectiſſime diximus, quoniam *peccati initium* eſt, ex quo omnia peccata, tanquam ex peſtifera ſcaturigine promanant. Ipſe Satanas, quæ communis Dd. ſententia eſt, primo per ſuperbiam lapſus eſt, Filio Dei λόγῳ incarnando ſubiici detrectans, vnde haud abs re D. Bernardus. τῷ φαρισαίῳ dicenti, *non ſum ſicut cæteri homines*, ſubiicit: *Ergo ſicut cæteri dæmones*: Et *Chryſoſtom. Tolle*, inquit, *hoc vitium, vt non velint homines hominibus præualere, & ſine labore cætera reſecabuntur*: nec quenquam latet lapſus *Euæ* protoplaſtæ, quomodo ſuperbia & diuinitatis adfectatione primum lapſa ſit: quare vetuſtiſſimum merito dici quis diffitebitur? *Communiſsimum* itidem: de primatu altercãtur omnes: digladianturq; de primis: pleriq; ſuperbiæ currum voluunt, rotãt, impellunt: Eccleſiaſtici: ſeculares: plebeii: omnes: idq; ſtultiſſime, vnde non illepide exclamatur: *Stultorum plena ſunt omnia.* Πλείη γαῖα κακῶν καὶ μωρῶν. Stulta ſapit vulgus, nemo vult eſſe quod hic eſt, præferri autem & manibus geſtari omnes, pennas pauonias omnes iactant, horridos contemplari pedes, & miſeriam, turpitudinemq; ſuam agnoſcere nemo vult.

Rom. 12. v. 3 Syr 10. v. 14 Aug. de ciu. Dei. l. 4. c. 10 Bernard ad Luc. 18. v. 11 Vid. eund. Chryſoſt lib. περὶ ἱερωσύνης. Aug. de verbis Domini ſerm. 54. Geneſ 3. v. 6 Μωροσοφία Ex frequenti vſu.

Turpiſsimum deniq; ex iis, quæ diximus, eſſe vltro apparet. *Eſt* enim, vt Gregorius inquit, *certiſsima nota reproborum*, filiorum, ac mancipiorum Satanæ, *impoſsibile* enim *eſt* (vt exſtat in vitis Patrum) *vt ſimul habeamus ſeculi gloriã & cœleſtem.* Non itur certius ad gehennam quam ſuperbia, faſtu, ſupercilio. Superbia virtutes turpantur & chariſmata minuuntur: quemadmodum dicitur: *Si tibi gratia, ſi ſapientia, formaq; detur deſtruit omnia, ſola ſuperbia, ſi comitetur.* Vt iam non dicam, quam moleſtum iuxta atque graue ſit pati inuidiam ſuperbiæ indiuiduam comitem, iuxta illud

Greg de ſuperb. Citat. Rudul à Toſſign. in Dictionario.

τεῖχος δίκης ἄστον μάλα τὸν κακὸν ἀνθρώπων ὕβρις, vt exempla *Hamonis. Antipæ. Alexandri. Pauſaniæ* Et aliorum innumerorum liquido oſtendunt

Phil in chron. §. Pauſan.

Vt denique non dicam de diuina ἀδραστεία, *quæ omnia excellentia ſolet mutilare.* Vnde vere ex Æſopo Chilon: τὰ ὑψηλὰ ταπεινοῖ, καὶ τὰ ταπεινὰ ὑψοῖ. Certe

Herodot. Chilon.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes.

Horat. in Od. l. 2 Od. 10

MODERATA DVRANT.



Prima ministrorum in nostro sit Principe cura, vt
Cum timet ipse Deum gaudeat & simili:
Vt paribus studiis omnes tueantur egenos,
Atq; iniustorum sub pede colla premant.

Quinq;

Quinq; pestes sunt pestilentissimæ regnorum atq; imperiorum. *Philotomia. Philargyria. Vis. Ius ciuile. Prudentia politica seu carnalis.* Hisce talibus fulcris si nitatur vel Imperium, vel Respublica, vel ciuitas, necessario tandem corruet, atq; interim infelicibus syderibus regetur. *Philotimia* certe pessundat regna ac Respublicas, ac promouet luxum, qui luxus requirit sumptus, sumptus autem non nisi ex sudoribus subditorum exsuguntur atq; comparantur. Quare qui feliciter atq; pacate præesse Imperiis volunt, Philotimia se nimia abdicent oportet, seque *sub Deo* esse meminerint.

Pestes Rerumpublic.

„ Tolluntur „ in altum. „ vt lapsu „ grauiore „ ruant.

Philargyria absit quam longissime à meo magistratu: census non duplicentur, nec intendantur exactiones, melius in duab. (quam in vna) thesaurus conseruatur arculis. *Boni Pastoris est tondere pecus non deglubere.* Ludouic. IX. Rex Galliarum per totam suam vitam nil fere pœnituit magis quã quod tributum aliquando intenderit, & duplicarit exactionem, filiumque moriturus, vt ne tale quid committat, monuit: quod idem de Turcorum quodam Imperatore literis proditum est. Tales enim Auari principes consiliarii subditorum in se concitant animos precesq; quæ non possunt à Deo non exaudiri. Nota sit historia de Constantino Magno, cui cum *Licinius* collega paupertatem, lenitatem atq; moderationem exprobraret, subditos suos conuocari iussit, & ad necessitates Imp. tributum exigi, id omnes & singuli pro virili cum exsequerentur & penderent, immensum thesaurum pi⁹ ac moderatus Imp. collegit, & quidem à voluntariis, & ad dandum promptissimis, vltroneisq;, cum quod multi à subditis extorquent plagosi, id nec ipsi habent nec subditi, nam diuina ẽt iusta maledictione disperit, vt & Principes & subditi pauperentur.

„ Sueton. in „ Tiberio.

Ludov. IX. Rex Galliæ ex Philip. Cominæo.

„ C. Exod 22 Histor. Eccles. & Euseb. de vit. Constant. lib. 1. c. 10

NB. Commune apud omnes sectas.

Vis & violentia tyrannorum est, & bono Principe è diametro contrarium: vt concupiscentia Eunuchi de vitianda puella, ita est quisquis vi exercet iudicia. Lateres nemo pius duplicauerit: & ipsorummet Impp. est obseruare δίκαιον καὶ νόμιμον.

Syr. 20. v. 2 Exod. 5 Aug de civ. Dei. l 5. c. 24. & 26

Obtentus iuris ciuilis multos fallit: non est regula quæ exceptionem nõ patiatur. *Ius strictum iniuriam esse* sæpe compertum est. Prudentis ac moderati Imperatoris est etiam de lege secundum legem aliquid remittere, si pacate atq; feliciter regnare volet.

Aug q. 5. & N. T. c. 15

Nimia iustitia.

Prudentia carnalis coram Deo fatuitas est, soletq; Deus talia talium cõsilia plerumq; infatuare, ipsosq; in sua ipsorum astutia capere, vt in exemplo *Achitophelis* luce meridiana clari⁹ relucet. Qui igitur sapit, in Domino sapiat.

Iob. 5 & Ier. 9. & 1. Cor. 1

Inprimis exitialis pestis Dominis est *minister, qui auribus Domini seruit, & verbum Iehouæ ad Principis nutum fingit*, tales nebulones diuini fures honoris vel primi digni sunt, quibus laqueus gulam frangat.

2. Sam. 17

IMPIA FEX HOMINVM REgum mercatur honores.



Regis in aspectu didici seruire, fauorem
Vt mihi blanditiis conciliare queam:
Omne malum Domino clam mens aliena precatur,
Dum facit officium lingua manusq; suum.

Vides perditissimum & profligati honoris, honestatisq; genus hominum versutorum aulicorum, quod mores Dominorum nosse, atq; imitari, omnia laudare propter offam, taxare nihil didicit. Quæ hominum sentina iam inde ab initio & semper male audiit apud bonos ac prudentes: nam in Deum & homines iniurii sunt. Misso Deo in Principibus confidunt. Reges ac Dominos idola faciunt. In dominorum gratiam preces missas faciũt, exsecrantur, blasphemant, hariolantur, &c. Diuinas per ministerium monitiones susq; deq; faciunt. Sub prætextu obedientiæ reges ac regna sæpe in extrema pericula coniiciunt, lingua occidunt innocentes, crudelissimi sunt lenoniam exercent, si Dominis ita lubet: depeculantur thesauros, per calumnias: furantur insontibus famam, quod furtum omnium turpissimum est: Nam *fama & vita æquiparantur*: Verbo dicam nihil non mali faciunt, vt satius sit Principi incidisse in κόρακας quam in κόλακας: nec truculentius animal (tyranno excepto) inuenias assentatore aulico. Vnde recte Menander.

Adulatores Aulici. Faces & excrementa hominum. „Peccata „quæ committunt tales „Gnathones. „ David & Alagabali serui. Vid. Aug in Ps. 9. 69. Epl 142 Diogenis dicterium. Erasm. in apopht. §. Diochenes. Menander.

Ὁ βίος μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἥδεται
Πράττει δὲ ὁ κόλαξ χεῖριστα πάντων, δεύτερος
Ὁ Συκοφάντης, ὁ δὲ κακοήθης τρίτατος.

Magna igitur cautione opus est Domino; vt sibi à talibus caueat, & pios iniquirat ministros, exemplo Dauid, Psal. 101. & *Constantini Magni*, vt in histor. Ecclesiast. Nec difficile foret Principibus talia carcinomata dignoscere, siquidem Prudentiæ Sp̃m Deum orarent, & non scientes volentes decipi mallent: Quid enim? an non omnia Principis laudare, assentatoris est? an non mores imitari Principis, assentatoris est? an non συκοφαντεῖν & frequenter calumniari, assentatoris est? Ipse Satyricus tale genus hominum irridet.

Signa adulatorum. Hieron. Ep. ad Celan.

——— ———Rides maiore cachinno;
Concutitur: flet, cum lacrymas conspexit amici:
Nec dolet igniculum brumæ si tempore poscas
Accipit Endromeden: si dixeris, æstuo; sudat.

Iuuen. Satyr. 3. Phil. in Chronic.

Theodoricus Veronensis Diaconum adulantem decapitari iubet. *Imp. Seuerus* adulatorem Thurinum Verconium fumo necat.

Noti sunt adulatores *Dionysii Siracusani*, is cum cæcutiret, tum adulatores etiam cæcutientiam simulabant, ita, vt alius in alium impingeret.

Dionys.

Noti *Alexandri*, qui inflexam ceruicem & vocis asperitatem, quæ omnia erant in Alexandro, imitabantur: nimirum *in regum domibus sunt qui mollibus vestiuntur*. Exeat oportet qui pius, candidus, &c. esse volet, talem nec herus nec serui ferre possunt. Sed de his multi alias.


Alex. Magn. Matt. 11. v. 8

Eheu! nunquid adhuc regnat scelus istud in aulis,
Trudat vt hic illum de statione sua!
Hei mihi quot numerant hæc ferrea secula vulpes,
Qui graue mellito virus ab ore vomunt!

Specul. vitæ aul.

BONVS

BONVS PASTOR TONDET pecus.



Regis ad ingenium ſeruorum turba paratur,
Aurum corradunt ſi ſit auarus homo:
Deteſtanda fames auri, quæ non niſi tandem
Expletur ſæui ſub Phlegetontis aquis.

Qui

Qui fisco, thesaurisq; augendis regiis nimis intenti sunt Reges, Principes, Proceres, næ illi quiduis facile committunt potius quam vt abstineãt ab iniustitia tali: vt quod Apostolus in genere de omnib. ditescere cupientibus pronunciat, id εἰδικῶς & quidem κατ' ἐξοχὴν in tales competat maxime: *Incidere eos in tentationes & laqueos, & desideria multa, quæ demergant eos in perditionem ac interitum.* Nam — πλεονεξία optimatum. 1. Timot. 6. v. 10

Tales Harpyiæ ne à sacris quidem manus abstinent, quin in bona Ecclesiastica inuolent, vt fami inde sitiq; suæ satisfaciant. Horrẽdum hoc scelus est, iniurium in Ecclesiam, contumeliosum in Deum Ecclesię Protectorem atq; vindicem: quare & *B. Laurentius Diaconus Romanus & Martyr Christi* tali Harpyiæ ad necem vsque & rogum se opposuit pro thesauro Ecclesiæ: ignotum nostris esse non potest illud iuris canonici: *Semel Deo dicatum, non est ad humanos vsus transferendum vlterius*, nec manus tamen abstinent mastigiæ, priusquam prunis adustas infernalibus gerant. Libet exclamare cum Germanis: *ô S. Martine, offerunt tibi obolum & equum furantur*: Omnes thesauros Ecclesiæ abstulerunt, ministrantibus autem altari vix suppetit vnde vitam sustentent & cutem trahant. Expergiscere vindex Deus! imo etiam cutem detrahunt ministris, & si quid reliquerunt, rapiunt tamen & illud, & in sues ac porcos distribuunt. — Vide impium fact. Valer. Max. l. 1 c. 1 Nostros depictos vides. Laur Martyr. Regul. iuris. Et tamen nihil suppetit talibus Harp. diuina maledictio omnia vorat, vt de pennis aquilarum Plin. l. 10 c. 3

Sanguinem & sudores subditorum sugere, bibere, indeq; saginari non horrent: Pastores vocantur, sed lupi sunt, non tondent sed deglubunt & excoriant pecus: etiam *propriorum redemptiones corporum* (longe vltra Turcicam tyrannidem prouecti) imperant: *Rustico ne caseus quidem à vectigali immunis relinquitur.* Occlamare illis Esaias & Michæas: aliiq; deberent, sed horum clamores non ferunt, audiant igitur Hybream: *Messem duplicate & vindemiam, si tributa duplicare vultis*; vel ab his etiam abstinete. — Noui exl. res. NB. Hybreas Ant.

Tales sibi sæpe quærunt ministros, per quos ditescant, *qui impleant domos dominorum suorum violentia ac dolo*, fisci consiliarios, qui in id tantum incũbunt, vt modos inueniant, quibus rusticos argento emungant: quas *spongias* suas vocitare *Imp. Vespasianus* solebat, quib. impletis aurum redextorqueat: Nota est *Tiberii Imp.* historia, cui obuiam factus domum enunti hulcerosus & mendicus, cum ab eo saturas muscas depellere vellet, dicebat: — Zephan. 1. v. 9 Hotoman. in Vespas. Phil. Chron. in Vespas. Tiber Imp.

———— hæc turba quiescat
Quæ si forte abeat, nostro quæ sanguine dudum
Iam tumet: accedet subito noua copia, rursus
Et ie una cohors, nostriq; quæ sanguinis omne
Quod restat capiet, magis atq; infesta nocebit.

Denique hi tales fisco parcunt, sæpe cum irreparabili damno, πανολεθρία, totiusq; totali Imp. Regni. Reipublic. interitu, vt supra aliquibus exemplis probatum fecimus.

QVI SIBI NIMIVM SAPERE videtur, nequicquam ſapit.



Eſt leuis ac vanus qui plus ſibi vendicat ipſe,
Demonſtrare ſua quam potiatur ope.
Ne nimium ſapias, pudor eſt mage velle videri:
Qui ſapit hoc vere quod ſapit, ille ſapit.

Finan-

Financiatum heîc vides magistrum, qui altissimum, profundissimum, longissimum, latissimum, adeoq; totum prudentiæ ἀκίανον exantlasse sibi videtur, adeo sapientiç opinione turget. Eximius est Theologus, qui de reb. diuinis profundã habet ἐπίγνωσιν, & apposite disserere de iisdem põt: cerebro vtitur pro scrinio iuris canonici: in iurisprudentia regnat & excellit: Principis hoc nemo melius medicum agit. Linguas callet plurimas; mores multorum regnorum atq; nationum peregrinus dudum didicit atq; tenet, deque omnibus discurrere (vt vocant) congrue potest, nec est Sapientiæ pars, quam ille non (non dicam à limine quod aiunt, salutarit, sed) integram & totam vorarit. Hinc *sinistra mundum, dextra cœlum* tangit, nam *mundi* sibi *lux* esse, & ipsis Diis imponere se posse sibi persuadet, vel, vt loquitur Psaltes, *in cœlum os ponit*. Et quibus *Luciani* in morem ipsi superi risus fiunt. Stellas dinumerare põt, calices tussi[illegible] e herbas crescere, & pisces screare audit, estq; adeo talis, quale inter tot chiliadum myriadas vix inuenias vnũ. O hominum genus odiosissi[illegible]ũ! quod semper studere, discere semper, sed ad τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν peruenire potest nunquam, de quibus merito vsurpare possis illud Senecæ: *Multi ad veram ac solidam sapientiam peruenirent, nisi se dudum peruenisse putarent*: quibus, quod nesciunt, discere pudor est: alienissimi ab illo Socratis: *hoc scio me nihil scire*. Verum illi, quod sciunt, scire se sciunt, imo scire, quæ nesciunt etiam, sibi ipsis splendide mentiuntur: hos si commentitiæ scientiæ laude amplius inflas, turgebunt, vt vel medii crepent, rumpantur. Singula horum talium verba, singula continent *oracula Delphica*, similes Buzitç: *Plenus sum sermonibus, coarctat me spiritus ventris mei: Ecce venter meus vt vinum cui non aperitur? sicut vires noui finderetur: eloquar, vt respiratio sit mihi, aperiens labia mea respondebo, &c.* Verum hominibus tam arrogantibus & iactabundis cum Deus tum homines infesti sunt, & tandem manifestũ fit, nihil minus quam sapientiam cum ipsis habitasse. *Sapientia certe cum Abitophele* moritura videbatur, cuius consilia pura oracula habebantur. *Consilium enim Abitophelis* (inquit scriptura) *quod consulebat illis diebus erat ac si quis consuluisset ipsum verbũ Dei*, sed summa eius stultitia tum patefiebat, quum posthabitum suum consiliũ cernens, instrato asino suo surgens domum abiit suam, & suspendio vitam sibi ipsi finiuit. Hunc finem sortiuntur tales ardeliones & philautoi, quare & *Heraclitus* Atheniensibus risum mouit, cum se præter modum iactaret. *Pythagoras* autem qui moderate de se sentiebat, non *Sophus* sed *Philosophus* vocitari discupiens, æternum sapientiæ præconium nactus est: Itidemq; *Thales recusata mensa aurea*: & alii. Consilium igitur Apostoli est:

Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, &c.

Patriarcha totius manipuli suffenorũ

Descriptio hominis sibi suffens, &c.

Psal. 73. v. 9

2. Tim. 3. v. 7.

Seneca.

Hieron in c. 42. Ezech.

Scio quod nescio, pars est scientia scire quod nescias.

Iob. 32 v. 18

ibid. v. 19

ibid. v. 20

Infatuantur Iob. 5.

ἐμωράνθησαν.

Rom. 1. v. 22

2. Sam. 16. v. 23. & 17. v. 23

Hartm. Scopp.

Heraclitus.

Pythagoras.

Thales Milesius, alii.

Rom. 12. v. 3

AVDIATVR ET ALTERA PARS.

digito compesce labellum.



Phocyliden. Μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς::
Γράμματα Ἕλληνος λαμπρὰ ποιητοῦ ἔχει

Quisquis iudicium non audito dat vtroq;
Is malus est, niger est, est & iniquus homo.

Multa-

Multarum nos rerum vtilium admonet hic *vir Purpuratus* hieroglyphice, sed ante omnia *iustitia:* quod significare videntur cum *gladio, enseue, libra* iustitiæ hieroglyphica: deinde & comprimens aurem *sinistra manus. Ensis* seueritatis monet: *Non enim frustra gladium gerit, &c. Oculus*, inquit Iehoua, *tuus non parcat. Libra* iuste iudicare docet, vt causas æqua lance ponderes, & sententiam roges ex iure, æquo, bonoq;, & iusto. *Manus extensa, inq; duos porrecta digitos*, iuris te admonet iurandi, quod ab initio præstitisti, ne contra datam venias fidem. Magna huius æui labes est, inprimis in iudicibus, quod datæ fidei tam leuiter obliuiscuntur, & conscientiam propriam vel personis vel muneribus vel aliis rebus externis posthabent. Quo pertinet *Iudæi* illius cũ *Christiano* disputatio, cur inter Christianos plures inueniantur male affecti quam inter alios, & periuria Christianorum causatus *Iudæus*, ruborem Christiano incussit. Fortassis non ablusit. *Fama, conscientia, oculus, lusum non patiuntur: Arista* honoris hieroglyphicum, honores in iudicio captare prohibet, iuxta illud sapientis. *Ne quæras fieri iudex, nec requiras à Domino principatum, neque à rege cathedram gloriæ: ne iustitiam tibi asseras coram Domino, neq; coram Rege sapientiam, ne non valeas iniuste facta tollere.* Et quæ sequuntur. *Descriptio Decalogi* per numeros, pie indicat, secundum ius & LL. scriptas rogandam sententiam, non secundum proprii cerebri dictamen fallibile. *Bonus* enim *Index nihil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura* pronunciat. Estque exemplum in Pædagog. Cyri: *qui Cyrus adolescens cum absoluisset puerum grandiusculum apud se accusatum, quod alteri minori prolixiorem vestem eripuisset, & suam tanquam breuiorem & ad modum corporis magis congruentem, tradidisset, reprehendit magister iudicium Cyri, eiq; dat plagas, monens: non iusta esse quæ ipsi videantur, sed quæ nitantur legibus.* Quod vero Purpuratus hic noster sinistra sinistram manu comprimit aurẽ, commode monere vult iudicem æquitatis & iustitiæ *Alexandri Magni*, de quo *Plutarchus* commemorat, quod quoties accusatorem audiuerit, alterã aurem manu obturauerit, integram eam reo delatoque reseruans. ꝙ idem sapientis monitum est: *Priusquam perquisiueris, ne crimineris, cognosce primum atque tum increpa:* Quare etiam *digito labella comprimit*, innuens non præcipitandum esse iudicium, sed *deliberandum diu quod semel statuendum* sit: quocirca idem sapiens monet. *Priusquam audiueris ne respondeas, & in medium sermonum ne immittas verbum. De regimine linguæ* alius dicendi dabitur locus & occasio, sufficit modo dixisse, quam non præcipitanda sit iudici sententia: Nam qui statuit aliquid inaudita altera parte, æquum licet statuerit, haud æquus est: ac proinde Leg. Attic. cautum:

Ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι.

Rom. 13. v. 4.
Deut. 13. v. 8
vid. Selnec. Pædagog. in III præcept.
Syr. 7. v. 3. 4. 5. &c.
Ambros. &c.
Xenophon de Pædagog. Cyri.
Exempl.
ἀνομίας καὶ εὐνομίας.
Alex. Magn.
Syr. 11. v. 7
ibid v. 8
ἀχαλίνων στομάτων τέλος ἡ δυστυχία.
Pædagog.

EMBLEMA

ASINVS AD LYRAM.



Tanto vir ſtolidus geſtat loca celſa decore,
Tardigradus quanto geſtat honore ſaccum:
Excutit indignos Deus alta ſede potentes,
Et dignos ima ex humilitate leuat.

Si quæras, quæ res ancipiti Fortunæ lusui maxime exposita sit, dicam: *Fauor Principum*: nam his procliue admodum amare, odisse: amare immerentes: & odisse bonos. Nec absonum est cõmune Prouerbium: *fidelis seruus semp. asinus.* Improbi zizaniorum instar se habent, quæ succulentiora semper occupare loca solent: talem nugiuendam & Cumanum asinum hic vides, ad clauum quidẽ & honorum fastigium euectum, qui gladium semper, & rõphæam crepat, sed *mensus est, & leuis inuentus nimis*, auresq; asininas longe supra caput extulit. Indignissimum (per Deum immortalem!) fuerit, tales asinos euehi, sed non minus tamen frequens quam indignum esse cotidiana clamat experientia. Vere istud quidem *quo quis doctior & sapientior, eo erit & humilior*, verissimum autem contra & illud: *Quo quis rudior & magis barbarus, eo felicior atq; insolentior*, nesciunt enim tales asini fortuna vti, sed exemplo comprobant: *Asperius nihil esse stulto cum surgit in altum*: vbi non mores sed honores tantum mutantur. Quare occinendum erat talibus Itali Poetæ *Ausonii* illud:

Das vnbeständigst. ,, Scopper. Improbi zizania. Dan. 5. v. 26.

Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Auson. Epigr.

Laudabiliter *Epaminondas*: qui cum antea consueuisset quidem aucto corpore, hilariq; vultu prodire in publicum, postridie tamen eius diei, quo ipsius auspiciis feliciter pugnatum erat in Leuctris, squallidus ac submissus processit: cumq; amici sciscitarentur, num molesti aliquid accidisset; *nihil*, inquit, *sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse, hodie illius gaudii insolentiam castigo.* Talis fuit moderatio *Epaminondæ* hominis ad gloriam ac sublimitatem facti, natiq;: quæ non fuerit nostra;

Erasm. in Apopht ex Plut.

Sed *gigantum nostrorum insolentia* tanta est, vt ab ebrietate Fortunę non euigilare, nec arrogantię crapulam edormire vnquã possint, velint: quare & vindicis ira Dei in omnibus statibus non cessat. Audacia quidem ἀνδρὸς αὐθαδείας virum bonum non dedecet, sed ostentatio & vanæ præsumptio gloriæ vt stultorum ita improborum quoq; est. Longius prouehi quam conueniat raro felicem sortitur euentum. Vere enim Lotichius:

Aug. serm. 16. in Ps. 58

Non habet euentus placidos temeraria Virtus

Petr. Lotichi. secund.

Exemplis id demonstrare est cum sacris tum prophanis: quis enim insolentior *Hamane*, sed suspendio finit vitam: tales fuerunt: *Epicurus*, *Palæmon*: *Gorgias Leontinus*: *Menecrates*: *Hippias*: *Pompeius* & sexcenti alii: μεγάλα διώκειν καὶ τὰ παρόντα οὐ φέρειν μαινομένων οἱ δὲ τρόποι, vt verum sit maneatq; diuinum oraculum sapientissimi Regis: *Aduenienti superbia erit ignominia.* Ὅταν ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινὰ λαμπρῶς τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον, Ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα τούτου ταχεῖαν Νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα.

NB. ,, Prou. 18. v. 12 Ex Euripidi.

ASINVS AD TIBIAM.



Qui ſua prudenti committit munia ſeruo,
De euentu vnquam non ambiget ille bono.
Sed quiſquis ſtolido magno diſcrimine: certus
De euentu optato non erit iſte diu.

Similis

Similis simili gaudet. Qualis herus, talis seruus, tales & mores: vt lepus lepori, ita stultus stulto merito conuiuit. Vere illud:

ὅμοιος ὁμοίῳ.

Noscitur ex comite, qui non cognoscitur ex se.

Suffenus.

Vides hominem Apollinis sibi scientiam atq; sapientiam arrogantem Delphici, asinus autem reapse est ad tibiam. Tot sibi artes atq; disciplinas fingit mentiturq; ipse, vt fumario opus sibi fore arbitratus sit, per quod humores vaporesq; nonnulli exhalarent, ne cerebrum rumpatur. ô lepidum caput! ô festiuum ingenium! sed ô ineptum hominem! tales sunt quibus honores decernuntur amplissimi, minime omnium dignis, quod tamen hoc exulceratissimo seculo frequentissimum est in omnibus statibus. *In Ecclesiastico* statu extolluntur rudes & omnium rerum ignati, in quos competit illud Prophetæ: *Dicunt: Dominus dixit: & non est verbum Domini*: dum tantum implere aures graueloquentia & magnidicentia possunt, & magnos exhalare strepitus, magno conatu magnas recitare nugas, officio se suo probe defunctos esse arbitrantur: maxime si vel populus applaudat, vel illacrymetur, vt olim ad boatus monachorum & frigidos passionales actus histrionicos factum. Ita asininæ asini ruditati populi inequitant, & laudantur ieiuni & aridissimi ipsorum sermones, de quibus si interroges quid fuerint vel continuerint, tantum scibunt, quantum de colore cæcus, vel minus. *Mundus vult decipi. In statu Politico* tales nugiuendas inuenias quamplurimos, qui tantum fumos vendunt Dominis atq; seruis, quos caro sæpe mercantur vtrique, digni qui vel ipsi fumo pereant, *Pygopolynices* simulatque *Parasiti*, de quibus non illepide Poeta noster sub ipsorum persona:

Stultus & improbus hic amor est, &c. vid. Horat. serm. l. 1. satyr. 3.
» »
Per status.
I.
Ezech. 13. v. 6
» Proicit ampullas & » sesquipedalia verba: Horat. de art. Poet.
Agyrtæ Ecclesiastici.
II.
Thuring. Vercou simil.

Quodcunq; Princeps expetit | *Mensq; mandat, consulo:*
Quamuis id vrbes perderet | *Aut ciuium concordiam*
Tantum meam si consequor | *Partem vel omnes rideo.*

Hartman. Scopper.

Ideoq; sedulo in id incumbet noster Princeps, vt in delectu seruorum sit cautus ac prudens: Et *sexaginta si ipsi consiliarii fuerint, anima tamen sua consilium, ne despexerit*

Ben Sira.

Ac caueat rudibus ne quid committat asellis,
Qui bene curatas res volet esse suas:

Georg. Sabin.

Sed eheu! *Ingenio celebres non amat aula viros.* Fatui, dementes, stolidi, qui *magnos emittere elenchos* possunt, quibus tectum diabolis fumat, & moribus ducuntur suis tales euehuntur. *Exeat ex aula*, dixit ille, *qui volet esse pius.*

Non intret aulas Principum | *Ex corde qui Deum colit*
Hic regnat inconstantia | *Et sæpe peruersissimus*
Est administer principi | *Acceptior fidissimo.*
Proinde, quisquis gloria | *Abhorret & mendacia*
Quem nuda stipat veritas | *Non intret aulas principum.*

Hartman. Scopper.

ΑΝ Η ΛΕΟΝΤΗ ΜΗ ΕΞΙΚΗΤΑΙ, ΤΗΝ ΑΛΩ-ΠΕΚΗΝ ΠΡΟΣΑΨΟΝ.



Sit Princeps mitis, constans, mansuetus, & absq;
Ira præcipiti, fraudibus, atq; dolo:
Tardus & ad pœnas, velox ad præmia danda,
Et doleat quotiens cogitur esse ferox.

Nicolaus Machiauellus Florentinus, vir doctissimus & peritissimus, sed impius ac malus, in quo virtutes vitiis certant, si non à vitiis longo interuallo relinquuntur: Is edito libro (quem *de Principe* vel *Princeps* inscripsit) persuadere magistratibus conatus est, ne religionem in cordibus suis curent vllã, interim tamen vt eam externa specie simulent. Fidem nec subditis nec aliis magistratibus seruent etiam sanctissime promissam: deniq; hortatur magistratus, vt omnes actiones suas ad priuatum commodum referant, vt facultatibus & dignitatibus augeantur, etiamsi iniquissimis hoc consequantur rationibus. Has impietates & in Christianis auribus paradoxa horrenda recensere, vel recitare refutare est. Eas taxare nostrum emblema conatur.

Vixit circa ann. Christ. cIↄ Iↄ.XIII. Osiand. Epito. centur Ecclesiast. cent. 16. p 37 Vid. vindic. cont tyran. Stephan Iun. Brut. Belg.

Corradians, intus periuriis plenum & cædibus, vna cum *vulpe* [illegible] tiæ, doli & fraudis hieroglyphico, *Pellacis magistratus* indicium est: *serpentes* versutiæ typum præstant. *Lupus* crudelitatem: *Pileus ampliatus*, dilatationem regnorum, significant: sed *arista* cum *clepsydra* breuitatem simul ac fragilitatem Imperiorum, dolo, fraudibus, truculentia & crudelitate partorum innuunt. Digna certe figura, quæ non æreis sed aureis laminis, & cordib. magistratuum digito diuini Spiritus insculpatur. Quam grata Deo vulpina sit maxime in magistratibus, ostendit Christus, quando *de Herode* pronunciat, quod *vulpes sit* & in eodem vulpinam taxat. *Veritas & iustitia* stipent meum principem, non vulpina pellis, quæ durabilis non est, & vel à Gentili homine derisa: ὦ πλεῖον ἵλαως ὡμύλης ἀλωπέκος. *Laudabunt Deum omnes recti corde: viri autem sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Prudentiam serpentum* Christus imitari iubet, non vulpinam nequitiam ac fraudes. Quod autem si vulpina non succedat, lupinam induere iubet Machiauellus, & vicissim, id in tyrannos non in Christianos ac pios Deique timentes magistratus competet, à quibus *Sophistica & Tyrannis* abesse & exulare debent quam longissime: nec contra datam fidem & fœdera veniet Princeps meus, sed contra pacta & compactata quanta potest industria seruabit, cum iure gentium etiam, & merito quidem, infames censeantur, qui contra datam fidem veniant, & iura fæderum leuiter violent: *Iosua* atque *populus Israeliticus*, dolis licet atq; mendaciis circumscripti à Gabaonitis, fidem tamen non fregerunt, sed propter timorem Iehouæ seruarunt: alia exempla vetera ac recentia sciens volens omitto. Præstaret aũt tam multa sudare ac facere propter regna cæli, quam propter terrena, nam *culmo quouis* hæc fragiliora sunt, & subinde mutantur, transeunt, intereunt, in quibus *incolæ* tantum ac *peregrini* sumus, in illis *ciues* futuri. *Quærendum* ergo *regnum Dei & eius iustitia*, vt elapsa huius æui clepsydra in possessionem illorum totalem intromittamur.

[illegible] ruolut. Luc. 13. v. 32. Vulpes bouem agit vid. Erasm. in Chil. Benignior Pellace vulpe. Ps. 32. v. [illegible] Ps. 55. v. vlt. Matt. 10 v. 16 Luc. 10 v 3 Quid violentius aure tyranni. Iuuen. Satyr. 4. Vid. Aug. l. 6. qu. in li. Iosua q. 13 Iosua 9. c. v. 21. & seqq. Correctio. Gen. 47. v. 9 Psal. 39. v 13 Eph. 2. v 19 Matt. 6. v. 33

VENARI LICITUM.



Venandi studium licitum mortalibus esse,
Hæc præsens docte sculpta tabella monet:
Est tamen in rebus modus, & sunt limina fixæ,
Ultra quos ratio recta salire vetat.

Venandi studium non omnino improbamus, nedum damnamus. Cum Deus ipse communem ferarum vel animalium vsum concesserit post diluuium, atq; posteros Nohæ Nohamq; ipsum dixit: *Timor vester super bestiis agri, vt viridem herbam, sic illa omnia dedi vobis.* *Est ad multa vtilis venatio.* Nam feræ cõducunt ad alimenta hominum, quo fine *Romulus vrbis conditor*, quandoq; venabatur, vt se sociosq; aleret: eo fine *Æneas ex cineribus Troianis exul* ceruum venatum fuisse *Virgilius* testis est: & adhuc hodie hoc fine tolerari venationes possent, vt victui & amictui hominum seruirent: *Omnia n. propter hominem, homo autem conditus est propter Deum.* Deinde *exercet iuuentutem* & homines prauis alioquin studiis intentos, ne otio simul & luxu, luxuriaque diffluant. *Homines* enim *nihil agendo, male agere discunt, & otium pului... Satana* dicitur. Quocirca de *Diana* fabulãtur Poetæ, quod à iaculis cupidinis prorsus fuerit immunis, eo quod venationum exercitio dedita amoribus non vacarit. Et sane venatum quam mœchatũ fuisse *Dauidem Ægysthum*, aliosq; præstitisset. *Res age, tutus eris*, inquit *Ouid.* Inprimis autem venationes q. *progymnasmata sunt bellandi*, vt sapientibus visum: magna enim inter venationes & instructiones bellorum confinitas est, & *Persarum reges* venationes tanquam verissimam rerum bellicarum meditationem frequentes coluerunt. Vt iam non dicam *de damno, quod feræ syluestres frugibus inferunt*, quod deinceps in ipsum Humanum Genus deriuatur: non *dicam de herbis & graminibus, quæ à feris detonsæ* maiorem animalibus domesticis nutriendis vtilitatem exhibere possent: satius igitur est venationibus tolli quam tolerari feras. Quid quod hanc voluptatem & non inutile exercitium magnatibus nemo bonus inuidebit nec reprehendet. Quare & *à Platone* diuino, Academiarum principe legimus commendatam venationem, & *Timotheus quidam Atheniensis* Princeps, celebratur, cuius plagis Fortuna semper adstitit, & feras in eas coegit, quod felicitatis exemplum vbiq; decantatum reperitur. Denique scriptura quando de exercitiis pietatis atque iustitiæ loquitur, *venandi verbo* non illepide nec infrequenter vtitur. Quamuis neque negare neq; dissimulare possimus, multa inesse venationibus immodicis mala, propter quæ apud bonos pessime audiant frequentissime. Nullum prima æui primi ætate venandi fuit exercitium, quando herbulis atq; radicib. victitabant sancti. *Venationibus nusquam* legeris in sacris deditos fuisse sanctos, sed homines truculentos, crudeles, profanos, ἀφόβους, & eos deniq; à quibus tyrannis initium sumsit: *Nimrodem*, dico, *Ismaelem*, *Esauum*, *Dardanios*, *Thebanos*, *Cretenses*, alios, imo Sathanæ fraudes venationibus comparantur, suntque venationes, si pensiculatius excutere velimus, gymnasiæ potius ad sæuitiam atque crudelitatem quam ad virtutes. Vsuq; compertum est, Sathanæ sæpe organon fieri, per quod mala quam plurima, parricidia, cædes, latrocinia, &c. operẽtur: vt in exempl. *Fulconis Regis Hierosolymorum Imp. Maximiliani* & aliorum videre est.

Venatio ferarũ PRO. ¶ *Gen. 9. v. 2.* *Romuli venationes.* *Virgil. li. 1. Æneid.* *Prou. 16. & 1. Cor. 11* *vt de Ascanio Vir. ... mantemque dari, &c.* *Seneca.* *Hieron.* *Diana venatrix.* *Vid. Henric. Cornel. Agrip. de vanit. scient.* *Vid. eund. vt supr.* *Vid. Alexand. ab Alexand.* *Ps. 34. v. 15* *1. Pet. 3. v. 10* ¶ *Contra.* *August. de genes. ad lit.* *Gen. 10. & 21 27* *Ps. 90. v. 30*

VENATIO ET MALIS.



Multa intemperiei venandi incommoda subsunt
Adfectus ratio quod nisi recta domet.
Concurrunt fraudes, & vafri dæmonis astus,
Dulcia patrantur cædibus aucta mala.

Intor alia autem mala quamplurima, quæ venationibus, vt plurimum adhærent, est & hoc; quod Optimates huic dediti studio à grauioribus studiis & politicis exercitiis, officia vocationis quam maxime concernentib⁹, abstrahuntur, & tandem in tyrannidem concedant: quod illustris cõmentator in Genesin, nostro tẽpore super exemplo Nimrodi in 10.c. Geneseos deplorat ac reprehendit his verbis: *Vsitata est Principum venatio, cui Principes quidam insano studio sic indulgent, vt etiam seriis negotiis eam anteponant, & malint strenui venatores, quã sapientes gubernatores æstimari* Neq; dubitamus quin Gentilitia grauitas hoc studium eodem fine taxare atq; irridere voluerit *sub Actæonis* cuiusdam persona, de quo fabulabantur *à Diana* in ceruum conuersum esse, qua de fabula neq; incongrue neq; illepide quidam sic c[illegible]tatur: *Actæon in ceruum conuersus docet: Principes quodammodo exuere animum humanum, ac degenerare in naturam ferinam, dum assidue in syluis agunt, ibiq; cum feris luctantur.* Et quæ sequuntur. Quid quod multi thorum coniugalem ferarum studio excubantes in discrimen adducunt non vno modo, quarum generosæ vxores, zelotypiæ forte oestro percitæ, excurrerunt, actuum dominorũ experimenta capturæ, à quibus ferarũ loco misere traiectæ globis, vel confixæ iaculis fuerunt. Nil attineret dicere de eo, quod natura liberæ feræ, earumq; vsus, iam potentioribus tantum cedant, nisi ab aliquibus modus ita excederetur, vt feras capientes agricolas non fortunis tantum, & exsulio mulctent, corpora mutilent, sed capitibus etiam plectant, & suspendio tollant. *Vis certe ea est & à tyrannide vel nihil aberrat,* vel parum admodum, latumve vix vnguem. Sane cum feræ nullius sint propriæ iure naturali sed communes omnibus, at magistratus sibi solis earum ius ac potestatem vendicarint, frui hoc suo quodam iure possent, ad aliquantam recompens. grauiss. laborum, nec haberent subditi quod valde ringerentur. Esset tamen magistratus pii ac moderati subditos eorumq; bona à feris defendere: propter causas plurimas, & in transgressores non nimis esse feroces ac rigidos: de vltimo supplicio nihil statuunt LL. mitiorẽ longe pœnã statuunt: pecuniariã carcerariã: exsulii, & similem. Deniq; magna carnificina per venationes exercetur in rusticos, subditos, & agricolas, exiguntur illi è sedibus suis per aliquot milliaria, adhibẽtur etiam honesti ciues ad talia seruilia officia, quæ veteres mancipiis vix imposuissent: non relinquitur ocium hominibus miseris & pauperibus, vt suis famelicis domesticis bolum panis lucrari possint: ita perpetuantur, perennanturq; hæ exactiones. Nemo igitur pius author aut suasor suo magistratui esse vel potest vel debet, vt tam iniurio studio tam insanum in modum indulgeat, nedum vt propter feram interfectam hominem ad imaginem Dei creatum prorsus è medio sustollat.

Venationes impediunt officia vocationis.

NB.

Vid. comment. Sabin. in lib. Ouid. m[illegible]

Meminit huius incommodi Ludou Viues. de instit. fœmin. Christia. §. de Zelotyp. D. Nic. Selnec. pædagog in 5. præcept.

Vid Danau. in Ethic. Christian. in 6. L. secund. tab.

Allegat Seln. in pæd. C. non est. Saxon lib. 2. art. 28. & Iur. Francic. Remus in Spicileg.

Lusus Dominorum luctus subditorum.

DOLVS AN VIRTVS QVIS IN hoste requirat.



Fraudes atq; dolos nemo laudauerit vnquam,
Ni sint contra hostem bella gerenda suum:
Nilq; refert seu virtute aut strategemate vincas,
Dum referas herbam res bene gesta tibi est.

Talia

Talia ſunt *belli incommoda*, vt iure quis dubitare poſſit, an belli vnquam decertandum & experiundum ſit. Verum cum & *diuino mandato* bella quõdam geſta ſint, & *Deus exercituum Dominus* in ſacris literis appelletur: promiſeritq; ſe iuſta & *Domini* bellantibus *bella* potenter atq; gratioſe adfuturum, etiamq; *ſtratagemata docuerit*, quibus cu cumſcribendus ſit hoſtis, bella legitima recte ſuſcipi poſſunt, maxime v. ſi aliter non poſſis, & in ſolis ſola ſpes armis proxime Deum poſita eſſe videantur. Tum vero ſolicite admodum faciendum eſt Imperatori exercitus, vt vulpina vtantur aſtutia & prudẽtia ſerpentina: *Verbis & conſilio prius omnia* experiatur quam armis: etiam *ipſum hoſtem* (ſi quidem fieri id vtiliter vllo modo poteſt) *conueniat*, ſi res ἀναιμω- [illegible] tranſigi atq; cõponi poſſit, quod quam fructuoſum ſit, multis exe[mp]lis comprobatum & compertum eſt. Si hac non ſuccedat, & arma omnino capeſſenda ſint, ante omnia *Deum victoriam* & felicem *oret* euentum: nam *ſola fere oratione* hoſtem victum ac profligatum eſſe cum ſacra tum profana ẽt exempla docent. *Moſes* oratione pro exercitu Iſraelitico pugnabat, & vincebat. *Samuel* itidem. *Theodoſius* nocturnis precibus confudit ac diſſipauit exercitꝰ. Legio itidem κεραυνοβόλος tempore *M. Antonini Imper* contra *Marcomannos* & *Quados*. Abſq; fiducia auxilii diuini nihil faciat, nam cruentos hęc temeritas euentus ſortitur, vt in exemplis videre eſt, quę annotamus. *Poſitum caſtrorum prudenter conſiderabit noſter Imperator*. Neruum belli, *ſumptus dico, probe expendat mente* & opere. *In exploratores ſi quid expendat, pro lucro reputabit*: id vel ſacra docent. In conferendis ſignis *ſit prudens ac animoſus*, nam *fortitudo ſine prudentia temeritas eſt*. *Stratagematu* vtatur, quibuſcunq; commode poteſt modis, ſaltem vt ſanguini humano parcat effundendo: hic, ſi non alibi ſummam laudem obtinent fraudes ac doli: & *quanto pretioſior eſt humanus ſanguis, tanto glorioſius vincet, qui ſine multo fuſo ſanguine vincit*. excubias ſolicite aget gruis inſtar nec dulci prius declinet lumina ſomno quam omnia in numero, pondere, atq; menſura q. diſpoſuerit, & cauerit. Deniq; *in ſola Cruce Chriſti ſpem victoria ponat: à Domino enim victoria eſt: qui aque per paucos quam per multos vincit*, quod illuſtriſſimo *Conſtantini* Magni Imp θεοφιλεστάτου exemplo (ad quod hoc noſtrum ἔμβλημα alludit) probatum, ei *cum Licinio Collega* & adſi[gn]a ſigna collaturo pro re Chriſtiana, & iam precibus pie ac prudenter excubanti apparet ſignum Chriſti crucifixi, in eoq; verba:

Ἐν τούτῳ νίκα: IN HOC VINCE.

Incommoda belli.
Exod. 17.
Num 32. Ioſ.
Iud. Samuel.
Reg. libr.
Eſa. 6. v 3
Ioſ. 8. v 1. & ſeqq.
Vt ſup ex Eunuch. Terent.
Vt in exl Ducum illorum [illegible]
Vid Exod. 17. v. 11
1. Sam. 7. v. 8. &c.
Phil in chron. in Theodoſ. p. 296
Id. in M. Anton. Philoſ. p. 229
vid. Politic. Iuſt Lipſ.
„ *Regul. in* „ *militia ne-* „ *ceſſar.*
Ioſ. 2. & ſeq.
Num. 14
„ *Valer. Max.* „ *l. 7. c. 4*
Plin. li 10. c. 23
Gruis quem adpictum vides.
Vt in Theodoſ. & in primis Conſtantino Mag. Philip. in chron.
1 Samuel. 14. v. 7
Euſeb de vita Conſtant.

ANTEHAC PVTABAM TE habere cornua.



Vt timidi lepores ad tympana rauca feruntur,
Sic animos gestant ad fera bella pigri:
Bella decent animos, & fortia pectora. quare
Bella gerant alii! tu Pari semper ama.

Bellum Cononi curæ fuerit, aiunt: hoc est, fortibus, prudentibus, animosis bella gerenda committantur, qui vt maxime semel succumbãt, & leui certamine superentur, animum tamen resumunt, vires reparant, & maioribus quam antea, prudentioribusque machinis hostem adoriuntur, iuxta illud: *Adag. Eras.*
Ἀνὴρ ὁ φεύγων πάλιν μαχήσεται.

Arma viri, bellumq; gerant, queis bella gerenda.

Turnus apud *Virgilium*: vir timidus, ignauus, meticulosus, ad colum *Lib. 11. Æneid.*
magis quam ad Romphæam aptus, ad arma adhibendus non est: nunquam *Sic Hector ad*
feliciter Martis cadet alea, quando γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται: vt ille ait: Id- *Andromach.*
eoque alterutrum requisitorum adsit, aut animosus Imperator, & timidus *„ NB. Singularia*
exercitus, aut si Imperator meticulosus sit, fortem esse exercitum decet. *zones: Semiramu. alia.*
Illud tamen malim, vt dicitur: *Malo exercitum ceruorum, cuius dux sit Leo, quam exercitum Leonum cuius dux sit ceruus.* Tota rei summa ab Imperatore pendet, *Exercitus ceruorum Leonum.*
quemadmodum Israelitæ suo Regi Dauidi dicunt: *Non es processurus, nam si plane fugeremus, non apponerent ad nos animum, siue morerentur dimidium nostri, non apponerent ad nos animum, si decies mille nostrum caderet: quare nunc melius fuerit, &c.* *2. Sam. 18. v. 3 4. &c.*
ideoq; *Prudentia* ac *Fortitudine* ante omnes opus est Imperatori. Is autem exercitus eminet, quando Leones Leonem Ducem gerunt.

Ῥιψάσπιδες, & tales, quales *Achilles Agamemnoni* in decennali illa Græcorum ad Troiam expeditione obiicit: *Ῥιψάσπιδες.*

Οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο qui non *fœnum in cornu* sed *animum in pedibus* habent, pectora ceruina, leporina, muliebria gestantes, armis tam apti, quam asinus lyræ, sunt, *Tropæa nunquam statuunt*: in conflictu fugiunt: *Exemplo suo pessime nocent*: quare etiam diuino oraculo *exauthorari*, adq; domesticum larem remitti iubentur. In concionibus, (vt *Demosthenis* animoso Oratori, sed ignauo Bellatori, obiiciebant) fortes sunt, in hostili congressu vix ventris onus caninum in morem continent. Apage tales, plus oberunt quam proderunt, qui *ne amicis quidem fideles sunt*, vt docet exemplũ *Imp. Mauritii* & successoris *Parricidæq; Phocæ* de quo historiæ referunt: Quod *Mauritius* somniauerit, se militi suo Phocæ iugulandum tradi: quare *Philippicum* ex carcere eductum interrogat, qualis sit *Phocas*, qui respondet: Centurionem esse, eumq; ambitiosum & timidum, subiicit gloriosus & Optimus Imp. *Mauritius, si timidus est, homicida est*: πὰρ γὰρ δειλὸν φονικόν. Certe si cululli euacuandi: Venus colenda: furandum deniq; sit, (vt hæc tabula docet) Heroes tales sunt, iuxta Prophetam.

Homerus in Iliad. *Erasm. in Adag.* *Deut. 20 v. 8* *Iosuæ 7 v. 3* *„ Ex1 haud „ procul remota.* *Timidi.* *Phil in chron. in Mauritio.* *Esai. 5 v 22*

ATROCIBVS DELICTIS, atroces pœnæ.



Auri sacra fames, madidi malus vsus IACCHI,
Et venus, Imperiis vltima fata ferunt.
Quo finis propior, magis hoc quoq; crimina crescunt,
Præcipitat pœnas & mala turba graues.

Multa sunt, quæ animos frangunt, & gloriosam in expeditionib. victoriam mortalibus inuident, quæ hoc nostro emblemate notantur ac perstringuntur, Germanis nobis vel inprimis euitanda ac fugienda. *REMORÆ VICTORIÆ.*

Primum est *auaritia* atq; πλεονεξία, cui si pleriq; dediti sint, haud dubie hostes externi sine labore fines inuadunt, depopulantur, vastant, vel nemine obsistente. *Per hanc* ciues pecuniam bello requisitam Imperatori negant, neruumq; belli subtrahunt. *Per hanc* Imperator, vrbes, oppida, ac regiones necessariis præsidiis nudat, & hosti Imperii q. claues tradit. *Per hanc* Duces exercitui & militibus stipendia suffurantur, ac minuunt salaria. *Per hanc* miles gregarius non quæ belli pacisue, sed quæ crumenæ sunt suæ curat. Quod crimen Prophetæ pro causa excidii regni Israelitici allegant. Huic deditus cætera *bonus Mauritius Imp.* exosus militibus factus, & tandem obtruncatus est. *Per hanc* florentissimum Orientis Imperium Christianis ereptum est, & Imperatoria sedes Constantinopolis turpissime cessit Turcis. Et quis dubitabit adhuc, id criminis in causa fuisse hactenus, quod *Turcico tyranno* superiori seculo tot munimenta, propugnacula, castella, vrbes & regiones cum perpetua Christiani nominis infamia traditæ sint? *Taurinum* certe (alia omitto) Christianis per hoc ereptum esse constat.

„ Auaritia in „ commoda „ tempore belli „
„ Ezech. c. 16. v. 49
Vt supr. in Phil. chron.
Vt supr.
NB.
„ Raab.

Secundum *Temulentia* est & *ebriositas*, & inde dimanans armorum neglectus, *vides hic acinacem acuentem suum Turcam*, & res suas solicite agentem, nihilq; omittentem, quod ad gloriosam victoriam obtinendum, & regni dilatanda Turcici pomeria faciat, cum interim Dux Christianus suum Bacchum. i. e. vinum refrigerat, dolum frigida temperat, & culullos parat: dic quæso? *nunquid hæc Sodomæ & Gomorrhæ erat luxuries*? an non idem exprobrat Deus suis per Prophetam: *Væ valentibus potare vinum, & strenuis ad miscendum potum inebriantem!* Ridiculum simul ac detestandum est quod *de Sybaritis* referunt, qui in compotationibus suis non taratantaræ sonum classica cientis ferre, sed admotum tibiarum nymphę in more saltare assuefecerunt equos, eoq; merito *à Crotoniatis* superati. Quis *Scytharum* exercitum *à Cyro* per ingluuiē cæsum non ignorat? in hoc vitio regnas, Germania! Exl. sunt odiosa.

Strenuitas Turcorum, ignauia Christianorum.
Ezech. 16. v. 49
Esa. 5. v. 22
Solin in memorabilib. &c.
Iustin. è Trog. li. 1.

Deniq; *venus, luxuria, stupra, adulteria, sodomia, bestialitates mutaq; peccata* alia omnium ordinum extremam virgæ diuinæ manum adferūt, & per hæc desuescentia armorum, *vt equi ad vxores proximorum suorum adhinniunt*, hæc πανωλεθρίαν Imperiis ac Rebuspublicis accersit, vt penes sacra etiam vnico profano testatum faciemus exemplo ex Iustino: *Arma & equi adempti illis* (de Lydis loquitur) *iussiq; cauponas & ludicras artes & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strenua effœminata mollitie, luxuriaq; virtutem pristinam perdidit: & quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superauit.*

Ierem. 5. v. 8
Iustin. l. 1. p. 8. edit. Wechel.

ERVNT HOMINES ΑΣΠΟΝΤΟΙ.



Candida Mortales Concordia viseret oras,
Imbueretq; animos Pax opulenta hominum:
Tum Fortuna suas roraret diuite cornu
Dotes, omnigenum desoret hautq; bonum.

Nulla

Nulla vnquam gens fuit tam barbara ac ferox, quæ non pacem bello, & discordiæ concordiam multis parasangis prætulerit, & merito quidem, nam tantum pacis atq; concordiæ bonum est, malumq; belli atq; discordiæ, vt verbis equare rem nullius eloquentiæ flumen possit: quod vel ipsius *Salustii* hominis alioquin Gentilis ac profani testimonio patefit: *Concordia*, dicentis, *parua res crescunt*, *discordia* vero *magna dilabuntur*. Si vero gentem vllã, certe Christianos deceret pax & concordia, dedeceret bellum ac discordia, qui *singulari Spiritus vnitate* conglutinamur. Sed eheu hostiliter inuicem dissidemus, infestis armis concurrimus, & de re sæpissime leuissima tanquam de aris ac focis digladiamur: quod ipsum præsens nostrum ἔμβλημα arguit ac sugillat. Per Hierarchias deducere placet.

Damna maxime belli.

Micyps. in bell. Catil.

Eph. 4. v. 1. & seqq.

In statu Ecclesiastico quam infesto atq; ancipiti pugnamus Marte! quam hostiliter digladiamur! quam temere decernimus! nulla fere honoris gloriæq; diuinæ, & ampliandorũ Ecclesiæ pomeriorum, exædificandarum conscientiarum, sed saltem πλεονεξίας, φιλονικίας, simultatum fouẽdarum ducitur ratio; Commendatur fraterna ὁμόνοια, quæ in *idem velle ac nolle* consistit, & παρὰ φρονεῖν ἐν κυρίῳ consistit, sed nemo sese huic obsequentem vel studiosum præbet: *Mordemus inuicem, quare periculum etiam est ne inuicem consumamur, & veritas altercando amittatur*, quemadmodum multis retro seculis euenisse in propatulo est. De sacerdotibus inter se ipsis dicam: quam tenaciter hæreant odia, simultates, inimicitiæ! peius quam in Iuda & leuissimis quibuscunq;: vaticinium Pauli περὶ τῶν ἀποστόλων ἐν ἐσχάταις ἡμέραις liquidissime completum cernitur.

„ Anceps „ Martis alea „ in statu Ecclesiast.

„ Ps. 131. v. 1

„ Plaut.

Rom. 12. v. 3

Gal. 5. v. 15

Terent. in Andr.

„ Sacerdotum „ inter se odia ac simultates.

2. Tim. 3. v. 3

In Politico statu, quam rarus candor! quam frequentes pugnæ! quam horrida certamina! *De vmbra asini* quantæ sæpe lanienæ! de vno lepore quanti sæpe tumultus! de agri sulco quantæ altercationes! videlicet: *Omne regnum inter se diuisum desolabitur, & domus cadit super domum.* Exsurge Deus, & concede propitius, *vt inhabitet gloria in terra nostra, vt misericordia & veritas obuient sibi, iustitia & pax osculentur se, vt veritas de terra oriatur, & iustitia de cœlo prospiciat, &c.*

Luc. 11. v. 17. 18

Ps. 85. v. 10. 11. 12. &c.

In Oeconomico ordine, & conuersatione ciuili præter iurgia, altercationes, dissidia audias nihil, alter alterius iugulum petit, etiam & quidem haud infrequenter inter eos, quos Deus & natura peculiariter deuinxerunt diuina ἢ ἐσπάδης Sapientia de nostro certe seculo gloriari non potest: *Tribus rebus speciosa effecta sum, & surrexi speciosa coram Domino, coram Domino & hominibus: concordia fratrum & amicitia propinqui, & viro ac muliere, quibus inter ipsos conuenit, &c.*

Syr. 25. v. 1. &c.

Quare, omnibus seuere edictum esto: *Alter alterius onera portate, & legem Christi implebitis.*

Gal. 6. v. 2.

NVLLA

NVLLA SALVS BELLO.



Cum truculenta quatit ſæuum Bellona flagellum,
Omnes terrarum concutiuntur opes.
Tot mala ſunt bello, rutilo quot ſydera cœlo:
Flet victus, victor Marte cadente gemit.

Inter discordiam & bellũ hoc interest, vt illa priuatim, hoc publice exerceatur: illa paucorum, hoc multorum fit: illa sine singulari aliorum damno, hoc vero non nisi etiam aliorũ damno atq; iniuria geratur. Quare quo plures hoc occupantur & implicantur, eo ẽt immanius est & inhumanius, vt omnem plane hominem exuisse videantur, qui tam infestis inter se armis breuiter concurrunt & decertant, & totas regiones nationesq; in extrema discrimina adducunt. Id quod à multis cum prisci tum recentioris æui piis bonisq, agnitum ac deploratum est. Quo magis mirandum est inter nos Christianos esse qui tam leuiter ac præcipiti ad arma furore ferãtur, & quidem tam leuib. de causis: *Lepus captus est: manipulus leguminis ablatus: pedem pede preßit:* & quæ sunt similia leuia & ludicra. Quod Gentilitius ille homo tãnquam vanum ac temerarium non immerito deridet:

Discrimen inter Discord. & Bell.

Bellum contra it scopo fictionis nostræ.

Bell. causa fuit violatus vulnere ceruus.

Quis vnquam sanus Græcorum decennalem expeditionem propter vnam fornicariam fæmellam imo propter putidum prostibulum aduersus Troianos gestam probauit? Tullius certe Hostilius Rex Romanus Legatis cum Numinis diuini summa obtestatione dicebat: *Nunciate regi vestro, Regem Roman. Deos facere testes, vter prius populus res repetẽtes legatos aspernatus dimiserit, vt in eum omnes expetant huiusce clades belli.* Hæc homo Gentilis. Vbi nunc est frõs tua, Iuliane Cardinalis, quæ ẽt bene consopitum bellum è fauillis & cineribus resuscitare, pactas inducias dissoluere, & numinis obtestationẽ fœdusq; tam leuiter frangere non exhorruisti? Arma sine damno nunquam arripiũtur, siue victor triumphes, siue victus lugeas. Omnia victoria cruenta est, nulla incruenta. Hoc vsu semper compertum, quod exactis inimicitiis, & depositis armis victor doleat, victus fleat. siue felici Marte, siue *cum Erasinade*, quod aiunt, sit *decertatum*. Quanta enim belli sint incommoda atq; damna, neq; cogitando mens, nec lingua fando vlla assequi potest. Committuntur bello blasphemiæ: silent leges diuinæ & humanæ: patrantur periuria: * *Consuluntur Pythones:* læduntur hierarchiæ: cædes ac latrocinia in infinitum exercentur: virgines nobiles constuprantur: designantur adulteria: fiunt incestus: rapinarum non est numerus: deuastantur omnia: mutantur ferro ac flamma in solitudines, exculti vici: artificiosa oppida numerosæ vrbes: solo æquantur regiones: ius vicinorum & confœderatorum iam pote non est vt non violetur: deniq; multo facilius dixeris quæ bona non fiant, quam quę committantur mala: hæc adeo vera sunt, vt etiam Poeta exclamet:

Liuius li. 1. decad. 1

„ vid Erasm. „ in Chil. „ Bellum „ ἄναιμ. „ & victoria „ nulla in„ cruent.

Flet victus, & victor dolet.

Horrenda belli mala.

** vt apud Saulem Samuel. 28*

Nulla salus bello pacem te poscimus omnes.

Virgil. lib. 2 Æneid.

Angeli nato *Pacis Principe, Orbis seruatore. Pacem* non bella annunciant Vrbi & Orbi: ad cuius tempora dudum gestiit Propheta: *Tundent*, inquit, *gladios suos in ligones, & hastas suas in falces: non attollet gens vlla in alteram gladium, neq; discent amplius bellum.*

Luc. 2. v. 14
Esa. 2. v. 4

MALVM MALO DVPLICATVM.



Haud temere armaris Neptune bicuſpide ferro
Nam duplici infeſtus clade, modoq;, noces:
Quæ vos, mortales! eheu! dementia cœpit!
Non vnum ſatis eſt; nunc geminate malum!

Multæ

Multa ac varia per se sunt maris discrimina, vt non immerito grates illi imperet diuinus Psalmographus, qui *è maris procellis* saluus emerserit: sed tanta humanarum mētium cœcitas est, vt Neptunum cum Marte committere, seu naualibus præliis experiri, hoc est, *malum malo conduplicare* non horreant, in quos tamen & Mars & Neptunus (iniquissimi sancti!) insolubili fœdere coniurarunt. Tale exemplum, in sacris, quod sciam, nuspiam legi. Magna hæc dementia! quoq; maius periculum, eo maior temeritas. Nota est *Xerxis* historia, qui mari compedes iniicere, virgis cædere, & ad lubitum vt iret suum, cogere contendit, sed quæ eius rei, imo quæ eius stupendæ temeritatis ac insaniæ fuit epitasis? deplorabat ille humanam fragilitatem, q̃ de tanto suo vndecies centum mille hominum numerante exercitu post elapsum vnum seculum non superfuturus esset vnus, suam ipsius calamitatem imminentem sapientius deplorasset, nam cum *optimi & fidissimi Demarati* consilio obsequi nollet, in eas redactus est angustias, vt toto suo exercitu cæso vsq; ad internuncionem, pauculis profligatis, ipse scapha auectus ægre euaserit, & turpi fuga salutem quæsierit. *Piscator*, aiunt, *ictus sapit*, id *Cononi Atheniensium Duci* præstantissimo contigit. Is cum à *Lysandro* Lacedæmoniorum Imperatore nauali prælio victus atq; superatus esset, Martis aleam Neptuno committere noluit amplius, quare recollectis copiis, & resumptis, auxiliis *Regg. Cypri ac Persiæ*, viribus terrestrib. ac pedestribus signis cum *Pisandro* Laconico congreditur, & superior euadit, non tantum Lacedæmoniorum classe *ad Cnidum* prostrata, sed ipso etiam *Pisandro* interfecto, itaque Patriæ, Athenis, vna cum ingenti præda, & quinquaginta, hoc est, triginta millium coronatorum dono ad reparandos muros, libertatem restituit. Hoc sapere erat. semel * *feliciter pugnatum est mari superiori seculo, inter Hispanum & Anglam, nostra memoria, vbi terribilis illa classis Hispana, toto fere triennio apparata, quæ totam Angliam occupare, & multo longius progredi iussa erat, cum confusione rebus omnibus infectis, priusquam Angliam attingeret, turpiter & infeliciter aufugit: Epinicio Anglicano non incongrue nec illepide succinuit quidam cum Claudiano:*

O nimium dilecta Deo cui militat æther
Et coniurati veniunt ad prælia venti.

Ps. 107. v. 23

Malum conduplicare.

Iustin. è Trogo. lib. 2.

Flumina ab exercitu ei... exsiccata.

ibid. & recitat. à Philip. in Chron.

Eras. Adag. Phil. in Chro.

Verb formal. Osiand. Epito. Cent. Eccles. an. 1587.

Claud. Poeta.

SCOPVS FIDEI CHRISTVS.




Vt si quid fragili nitatur fundamento
Corruit, & fixum nescit habere locum:
Sic qui non fidei solide fundamina iecit,
Labitur, & firmum non facit ille gradum.

Alludit

Alludit hæc tabula ad illud Apoſtoli ad Corinthios : *Fundamentum aliud ponere nemo poteſt, præter id quod poſitum eſt qui eſt* IESVS CHRISTVS. *Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum lapides pretioſos: ligna, fœnum, ſtipulam : vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit, dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſq; opus, quale ſit ignis probabit.* Facit ſe, Architectum: *Chriſtum*, fundamentum: *Fidem*, aurum: *argentum*. Charitatem: *lapides pretioſos*, virtutes reliquas: *Lignum, fœnum, ſtipulam* facit affectus, cupiditates infirmitateſque fidelium: illa igne non conſumi ait, ſed purificari: hæc conſumi, nō purificari. Pia ſane atq; ingenioſa tabula! Vere n. Chriſtus ſalutis fundamentũ eſt, eſtq; ſolus, aperte aſſeuerāte Apoſtolo, & præeunte Dn. noſtro Saluatore ipſomet, qui ait: *Nemo venit ad patrem niſi per me. Is ipſe lapis angularis eſt*: λίθος ἀκρογωνιαῖος ἐκλεκτὸς, ἔντιμος. Hoc *fundamentum niſi bene ieceris, omne quod ſuperſtruxeris, corruet*, quemadmodum de omni fundamento ille ait: Iecit *Deus Pater prædeſtinatione* æterna, & præſentatione generali ad ripam *Iordanis* : ſuperſtruimus nos fidem : ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, μὴ οὐ καταισχυνθῇ: quare fides aurum eſt, quoniam etiam *auro pretioſior, per ignem tribulationum excocta*. Fides autē nititur aperto & expreſſo verbo, extra quod non fides ſed opinio eſt: huius verbi hieroglyphicon hic eſt *Candela*, & νήπιοι ἢ παιδία, tabulas Legis & Euangelii tenentia; nam quemadmodum in tenebris ſine lege impingitur: ita ſine præuio verbo non niſi tenebras errorum ſequimur, & impingimus adeo vt vel præcipites tales dentur in barathrum æternarum & exteriorum tenebrarum : Caueas ergo vt in adyta prærupta diuinorum conſiliorum te temere abdas, ſufficit *verbum quod prope & in ore eſt tuo*: huic ſimpliciter crede, vt infantes, & *columbinam* (quas vides) *ſimplicitatem* imitare, *optime is credit qui ſimpliciter ſed prælucente verbo Dei, credit*. Vides extra Chriſtum non eſſe niſi tenebras, nec videre lucem Legiſperitos, Philoſophos, & quicunque extra & præter verbum, Legem & Prophetas, Chriſti indices ductum atq; dictamē corruptæ rationis ſequuntur : Talia inventa & ratiunculæ fundamento ſuperſtructæ non purificabuntur ſed deflagrabunt, conflagrabuntq; & ſuperſtruentes, & inſtar fumi euaneſcent. Qui vero fidem veram ac ſynceram ſuperſtruunt, tametſi ὀλιγοπιστίας, luctas, & ſcorias concurrere contingat,
deflagrabunt tamen *illa* tantum, his perpetim ſaluis:
ſed de his etiam ſupra.

1. Cor. 3. v. 11
ibid v. 12
ibid v. 13
Euolutio Emblematis.
Eſa. 28. v. 16
1. Pet. 2. [illegible] & ſeqq.
Ioh. 14. v. 6
Quintil. lib. 1. c. 5
1. Pet. 1. v. 20
Matt. 3. v. 17
Eſa. 28. v. 16
1. Pet. 1. v. 7
Luc. 1. v. pen.
Rom. 10. v. 8
Ratio captiuanda 2. Cor. 10

PLENITVDO LEGIS DILECTIO.



Est virtus geminis sublimibus alta columnis,
Illa Deum prendens, πλήσιον hæcce suum:
Inter namq; Deum currit dilectio, & inter
Proximum, vt hunc propter seruiat illi etiam.

Homo fidelis & solido fundamento Christo vera saluificaq; fide innixus, cuius equidem hieroglyphicon est *iuuenis alatus*, heic: *duas*, stans super fundamine, tenet *columnas* ad idem vergentes, quarum altera *dilectio Dei* est, altera *dilectio proximi*; Nimirum hisce duabus piæ charitatis & charæ pietatis partibus Christiani hominis officium absoluitur. Τὸ τέλος τῆς ἐπαγγελίας (ὁ ἀπόστολος ἔφα) ἐστὶ ἀγάπη [ἈΓΑ΄ΠΗ] ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου: καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ: ΑΓΑΠΗΣΕΙΣ: πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἈΓΑ΄ΠΗ Præclare ergo August. *Omnium quæ prædicta sunt, ex quo de rebus tractamus, hæc summa est, vt intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo & finis esse: DILECTIO rei qua fruendum est: & rei, quæ nobiscum ea frui potest, quia vt se quisq; diligat præcepto non est opus.* Sed multi hic in accusationem præcepti conuertuntur quod seruare non possunt, quasi offendiculum eo Deus posuerit; His respondendum: *Bona lex est: & mandatum sanctum, bonum, iustum*: In nobis autem hæret culpa, quod perfecte istud præstare non possumus. Verum si Euangelio credideris, & vera fide intueberis Christum, ille defectus restituet tuos, quoniam *agnus ille Dei est, peccata mundi tollens.* Interim obedientiam tuam ad legis γνωμόνα καὶ κανόνα exerce, eademq; vtere pro

Iuuenis alatus — *Columna.* — 1. *Thim*. 1. *v*. 5 — *Rom*. 13. *v*. 9. — *ibid*. *v*. 10. — *Lib*. 1. *de doctrin. Christia.* *c*. 25 — πρόληψις. — *Rom*. 7. *v*. 12 — *Ioh*. 1. *v*. 16 — *Vsus legis: vt in emblem.* — *Gal*. 3. *v*. 24

Speculo: ex quo, quid tibi ad perfectionem desit, addisce.

FRENO: quo traharis ad obedientiam: *Pædagogus* enim est: & quidem ad Christum, vt, quod tibi desit, in vno & solo Christo quæras, nimirum: in ira, gratiam: in maledictione, benedictionem: in peccato, iustitiam: in tentatione, consolationem: in tenebris, lucem: in morte, vitam: *Omnia* enim *Christus est, si credere volumus.*

C. Rom 10. *v*. 4 — *Ambr. l*. 10. *de virgin.*

Regula: eaq; bene viuendi, quam cynosuram & amussim semper ob oculos nos habere decet, neq; ab ea deflectere, vel ad dextram vel ad sinistram, vt ne nos ἐθελοθρησκείαις inquinemus potius quam obedientes nos Deo probemus, qui vno omnes tales halitu difflat: *Edixi enim filiis illorum: in statutis patrum vestrorum ne ambuletis, & iura illorum ne obseruetis: ego Iehouah Deus vester in statutis meis ambulate & iura mea obseruate ac facite ea. Id quod complebimus in illa vita, quum videbimus facie ad faciem*, vt iterum Augustinus libr. de Spir. & litera c. 26.

Matt. 15. *v*. 4. *&c.* — *Ezech*. 20. & *v*. 18 — *ibid*. *v*. 19 — *Aug. de Spir. & liter. c*. 26.

AMICOS

AMICOS NE LÆSERIS.



Dulce vt amicitiæ nomen, ſic dulcior vſus,
Nil equidem patulus carius orbis habet.
Vnus ſit Pylades fido tibi fidus Oreſti
Hic quoq; amicitiæ non leuis vſus erit.

Omnium rerum quas ad bene beateq́ viuendum Sapientia comparauit, nihil est maius aut præstantius amicitia, quæ consistit in *IDEM VELLE & IDEM NOLLE*. Est autem Deus, qui suis amicos conciliat, *qui solus corda* hominũ *in manu sua habet, & quocunq́ vult, flectit illa*: quæ sapientissimi sententia est: *Quum beneuolentia prosequitur Iehoua vias alicuius, etiam inimicos eius pacatos reddit ei*: quod exemplis *Iacobi* & *Esaui*: *Dauidis* & *Saulis* apertum fit. Ad amicitiam non facile prosiliendum confirmandam, nam tales amicitiæ non diu durant: sunt qui facilius parant amicos, quam conseruant, *modium prius salis* (iuxta Sapientum doctrinam) *cum eo consumas, vel patrimonia diuidas*, secus perfecte haud cognoueris: hoc *IESV* quoq; *Syracidis* monitum est: *Si comparaturus es amicum, in adflictione compara eum, neq́ cito credas teipsum ei: Nam est amicus, qui non permanet in die adflictionis. Est amicus qui ad inimicitiam traducitur. Est amicus mensarum particeps, cum quo ita comparatum, vt feruente olla ferueat amicitia*, nam *Vulgus amicitias vtilitate probat*: quare in deligendo amico summa prudentia opus est. Ad minimum autem vnum habeas amicum, iuxta versiculum:

Vnus sit Pylades fido tibi fidus Orestæ,
Hic quoq́ amicitiæ non leuis vsus erit.

Amicitiam autem si cum quo contraxeris eam *ne facile ruperis: est enim fidus amicus valida protectio, quem qui adeptus est, magnum adeptus est thesaurum*: Ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει: *Amicus*, Salomone teste, *fratre coniunctior est*. Stabat Romæ *effigies AMICITIÆ: iuuenis virente habitu*: quoniam semper virere debet amicitia, in cuius fronte extabat: *Hyems, æstas*: semper durat amicitia vera: circa locum pectoris: *Prope, procul.* Non enim militat hic procul ab oculis, procul à corde, &c. In extremo fimbriæ: *Mors, vita*: per ea enim durat amicitia. Quare cum *rebus in incertis cernatur amicus certus*, memēto te in contractu amicitiæ *vtriusq́*, vt illa ait, *fortunæ cum socio societatem inijsse*: *Amicus* enim *in die adflictionis agnoscitur*: vt exemplis *Dauidis*, & *Ionathæ*: *Pyladis* & *Orestæ*: *Damonis* & *Pythiæ* illustrissime relucet. Nec tamen *amicitiæ contractus ad inhonesta aut impia obligare debet*, sed amici esse debemus *vsq́ ad aras*: non amicitia sed conspiratio est, qui consentiunt in malo, vt *Catilinariæ factio*. Et illi qui ad occidendum *Paulum* conspirarunt. Propter calumnias inuidorũ, ne temere rumpas amicitiam: quin potius legem amicitiæ considera, quæ est: *Monere & moneri*. A calumniis autem ipse abstineto, *nihil enim frequentius nec leuius dissuit amicitiam, quam calumnia*. Suspicio quoq, absit ab amico. Dissutam quam primum *redintegrato*. Reconciliatum amicum ne facile offende. A reconciliato autem aliquantisper caue.

ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος.

Hart. Scopper.
Ex Plaut.
alleg Hieron. Epl. ad Demetriad.
Prou. 21. v. 1
Prou. 16. v. 7
Gen 33. *
„ *1. Sam. 24.*
„ *& 26*
Cicero.
Syr. 6. v. 7
ibid v. 10 & anteced. conseq.
Feruente olla, feruet amicitia.
„ *Vnus habendus amicus.*
Syr. 6. v. 1.
ibid v. 14
* *Pythagor.* ... &c.
Prou 18 v 24
Effigies amicitiæ Romæ.
„
NB.
„
Ouid.
Iustin li 23.
Horat in Od. vt sup.
Felices ter & amplius quos irrupta tenet copula, &c.
V. de quæso Valer Max. lib. 4 c. 7
Actor. 23. v. 14
Calumnia.
C. Syr 19. v. 13 & seqq.
Suspicacitas.
Hier. aduers. Ruffin. ex Cic

SPIRITUALE MELLIFICIUM:
Ex minimis magna.



Quam ſuauis liquor eſt verbum, bone Chriſte, tuum mi!
Dulcius Hyblæo melle, fauiſq; ſapit!
Hoc age perpetuo tantum mea corda rigentur,
Et capient animos tædia nulla meos.

De Apibus atq; mellificio multi scripserunt, nos moralem ex ipsorum ordine atq; opere sensum expressuri sumus. Multarum autem & sane vtiliũ rerum per apiculas etiam lampade diuini verbi ductrice monemur. PRINCIPIO monarchicum statum optumum esse, regimen ipsarum edocet, non totum examen vni paret, & eius nutui omnes audiunt: si duo in vno reperiantur alueario Reges, vnus damnas sit oportet: nimirum: *vnus Deus. Vnus Sol,* * *duos soles mundus non fert*, ergo vnus & Rex sit, quemadmodum dicitur:

Mellificium. ,, *Monarchia.* * *Iustin. l. 11. verb. Alex. M.* *Consentit Augu. li. 1 de nuptiis & concupiscent. ad Valer c. 9. c. Magis naturaliter vnius in multos princip. quam, &c.* *Homer. l. 2 Iliad*

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω

Dum enim multis paretur, nulli paretur recte, sed pro sua quisq; libidine rem gerit: itaq; ex πολυαρχία enascitur ἀναρχία, cui malo μοναρχίας beneficio optime occurritur, alioquin recte dicitur: *Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.* Deinde προσωποληψίαν dedocet, id quod dolet *Sapiens: Ne laudes quenquã de pulchritudine ipsius, nec abomineris vllum ex aspectu ipsius; parua est inter volucres apis, sed principatus est condimentorum dulcium fructus eius.* Quod significanter admodum effert *Cato* noster.

Aug. l. 2. c. 21 de ciu. Dei. *Adag. Eras.* *Syr. 11. v. 2* *ibid v. 3* *Distich. mora.*

Corporis exigui vires contemnere noli,
Consilio pollet, cui vim natura negauit.

Sub sordido sæpe pallio latet sapientia: & in quo non credis gurgite piscis erit. *Inimicitiarum* etiam gerunt typum, quoniam Deus eos armauit aculeo si densο agmine irruãt, lædere grauiter possunt: quare & *Dauid* sub persona *Christi* de suis inimicis conqueritur: *Circumdederunt me tanquam apes, &c.* Inprimis *boni ordinis* exemplar præbent illustrissimum, cuius tam sunt tenaces, vt si intelligant esse quæ non faciant officium, tolerare nequeunt, sed aculeorum suorum gladiis conficiunt, confodiunt, tollunt, quod à Poeta obseruatum est:

Inimicitiarũ typus. *Ps. 118. v. 12* *Boni ordinis.*


Ignauum (inquit) *fucos pecus à præsepibus arcet.*

Virgil. l. 4. Georg.

In nullis bene constitutis communitatibus vel Rebuspublicis tolerabũtur pigri, ignaui, inertes, sed constitutum aut fustibus vt emendentur, aut exsiliis multentur: ne noceant exemplo, de quibus etiam *Apostolus* latissime, 2. *Thess. 3. v. d loc.* DENIQVE: iucundissimam *allegoriam* præbent, nam mellificia studiosissime exercent, & colligunt fauos pro quibus deinde ad necem dimicant. *Fauus* noster verbum Dei, *quouis melle fauoq;* Hyblæo *dulcius*, quem fauum ex floridissimo scripturarum viridario, tanquam ex herbulis diuersissimi generis sugimus ac paramus, pro eo nostro fauo decertemus vsq; ad necem, neq;, *qui nos deprædetur, per inanem philosophiam & deceptionem iuxta traditionem hominum*, admittamus. quemadmodum Syracides monet: *pro veritate ad necem decerta, &c.* sicut apes, &c. de diuinarum scientiarum flosculis suauia mella conficiamus, & quicquid ad medicinam animarum pertinet, arte componamus: quod fuse persequitur Ambros. serm. de defect. Lun. 83.

Vid. Alexan. ab Alex. *Allegoria.* *Ambros. serm. 83 de defect. Lun.* *Basil. Magn. de Gentil. libr. euoluend.* *Ambr. l. 8. Ep. epist. 62* *Greg. Nazianz. Theol. li. 1* *Syr. 4. v. 33.*

NVNQVID MILITIA VITA hominis;



Et Satanas, Mundusq;, Caro, Mors vltimus hostis,
In te vnum ac solum spicula sæua vibrant:
Sed IESVS CHRISTVS VICTOR *te flamine sacro*
Firmabit, cœlorum & trahet vsq; domos.

Quemad-

Quemadmodum *de Christo* dicitur: *Quod positus sit in signum cui contradicitur*: Metaphora sumpta ab iis, qui tela sua mittunt ad scopum: ita & de fidelibus, *imagini ipsius conformandis*, in hac vita idem recte dicitur, significatur, figuratur: & huc collineat hæc tabella *Rochi* imaginem gestans, vndiq; telis petiti & confixi. Quemadmodum *in Noctuam* de die euolantem omnes vndiq; volucres atq; auiculæ irruunt atq; impetum faciunt, ita in pios ac probos omnes & omnis generis homines in hac vita irruunt, inq; eos tela venenatarum suarum linguarum & petulantium actionum vnos dirigunt: vt verissimum sit commune illud distichon: *Luc.2.v.34* *Rom.8.v.29* *B.Rochi effigies.* *Prosper in anagrammat.*

Nunquam bella piis, nunquam certamina desunt,
Et quo cum certet mens pia semper habet. *„ Ex Iob. 7. „ v.1 „*

Vides Satanam quam cupide veneficas suas sagittas in hominem miserum eiaculetur, per tentationes à dextris & à sinistris, nimirum hoc illud est: *Simon, Simon, Satanas expetiuit, quos cribraret sicut triticum: Aduersarius vester tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*: Qui ex superiori dimicant hostes loco, magno compendio vtuntur aduersum infra se positos, talem tanquam potentem Sagittarium habemus diabolum, *ex aere* in nos sua vibrat spicula: quo nomine etiam à D.Paulo nobis cauendus proponitur; *Non est*, inquit, *nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes ac potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ*. Has Satanæ technas alicubi deplorat *Augustinus*, *inimicus*, inquit, *noster, vt occidat, semper vigilat sine somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras impleuit decipulis ad capiendas animas nostras. Laqueos posuit in diuitiis, laqueos tetendit in paupertate, in cibo, in potu, in voluptate, in somno, in vigiliis, &c.* non autem agit per seipsum semper, sed per *fideles suos, mundum & carnem*. Vides *mundum* etiam arcum intendere, vere enim *Dn. Saluator*: *in mundo pressuram habetis*: Vibrat mundus scandala, persecutiones. *Mundus est mundus & mundus immundus manet*, ait ille: quod Christus aliter effert: *si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret, sed de mundo non estis, verū de mundo ego elegi vos. Mundus non potest vos non odisse, quoniam me odit.* Et simil. Ex occultis, insidiis, & ab intus adoritur *caro, diaboli & mundi fidelis intimus*, contra huius spicula se munire difficillimum. *Omnia enim vinces facilius, quam te*: Heus vero tu! quo difficilior lucta, eo gloriosior erit victoria. Pro te ergo contra te tecum pugna, & peccato in te inhabitanti resiste. Deniq; *vltimus hostis mors*, cuius *spicula* sunt *leuia*, morbi: *Grauia* in fine vitæ: sed bene confide: *Spiritus Christi mitissima columba* te solabitur, & deducent cum triumpho Angeli animam tuam, *vt Lazari*, in sinum *Abraha*, ad sempiterna gaudia.. *Luc.22.v.31* *1.Pet.5.v.5.6.7.&c.* *„* *Simil.* *Eph.6.v.12* *In soliloq.c.16* *Mundus & caro fideles Satanæ.* *Ioh.16.v.33.* *„ antiq. obtinet.* *Ioh.15.v.18.19.&c.* *„* *Columba SS.* *1.Cor.15.* *Luc.16.*

RESPICE FINEM.



Nil Pullata iuuat quæ Carmina Præfica cantet,
Funeribus cygnus concinit ipse suis:
Nil post Fata iuuant aliorum munera, censusq;:
Alma fides, Pietas atq; præacta iuuant.

Breui-

Breuitatem atq; fragilitatem vitæ humanæ plurimi deplorarunt, sed plerique sine vera Dei suique ipsorum cognitione. Incertum admodum ὄν ὄντων *Aristoteles* appellat: flet *Heraclitus* lubricitatem vitæ huius, sed incertus causæ cum propinquæ tum remotæ, efficientis & finalis. Stulte admodum *Imp. Seuerus, omnia*, exclamat, *fui, & nihil mihi prodest*. Deniq; *Vandalorum Rex Gilimerus* forte sine fundamento. Ματαιότης ματαιοτήτων καὶ πάντα ματαιότης. Nos autem & breuē esse vitam hanc scimus, & cur tam breuis ea sit, nos fugit minus: nos verbo diuino edocti succinimus *Moysi Theandro* & Prophetarum primo: *DOMINE facis nos diffluere sicut nimbum, somnium sumus, sicut gramē, quod cito arescit: quod mane floret, & mutatur vesperi, exciditur & arescit: quia defecimus in ira tua, in furore tuo turbati sumus: Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lumen vultus tui*: verbo dicā: causa breuitatis ac fragilitatis vitæ nostræ sunt *peccata*; *Originis*, seu primum, & *actualia*, seu à primo orta: nisi peccato inquinati essemus, neq; mors iuris quid in nos haberet, neq; tam inopina morte adobrui possemus. per peccatum fit, quod homo *Bulla*: quod dies hominis transeunt *tanquam fumus*: & quod vere dicitur:

Fleuerunt. *Aristot.* *Heraclyt.* *Imp. Seuerus.* *Rex Gilim.* *Philos. Alex.* *M. defuncti.* *Moses. Ps. 90. v. 5* *v. 6* *v. 7* *v. 8* *Peccata.* *Contr. Pelag.* *Homo Bulla.*

Nascimur & morimur finisq; ab origine pendet: „
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo, &c. Et iterum: „ *Ouid.*
Et fugiunt freno non remorante dies.

Quare quom sciamus, & elapsuram clepsydram, vitamque hanc esse breuem, necesse est nos ad felicem excessum in tempore, inq; vero timore Domini præparari: laudandus igitur & illaudatus ex parte mos *Cygni*, qui hic pro hieroglyphico adpingitur: *Cygnus* certe vt tota vita sua sonoram nō ædat vocem, morti tamen vicinus cantat: eorum forte typus, qui in fine vitæ conuerti volunt & resipiscere, quod periculosum admodum est, nā *dum vocantem in tempore gratiæ non audiunt Deum, sed obdurant corda (vt a illi) eos nec Deus vocanteis audiet, animam iam de lingua exhalaturos. Legi*, inquid Augustin. *& relegi scripturam, & non inueni exemplum in morte saluati præter Latronis in cruce.* Deinde & *eorum* hieroglyphicon esse potest, qui in fine vitæ, quod plerique faciunt boni, pia vota, ominosa verba, & voces ædunt optimas, vnde prouerbium manauit: *Cygnæa cantio.* Nam quod non cocta sed suauis illa vltima Cygnorum vox sit, vel ex illo *Virgilii* adparet:

Cygni hierogl. *Quale est. animala, vagula, blandula. &c non Cygni, sed corui vox.* *a. Psal. 95* *Aug in Ps. 51.* *Eras. in Chil.*

Nam neq; adhuc Varo videor nec dicere Cinna *Virg. Eclog. 9*
Digna, sed argutos interstrepere anser olores.

Quales piorum Cygneæ cantiones in sacris sunt: *Scio quod redemptor meus viuit, &c. In manus tuas Domine, commendo spiritum meum, &c. Domine Iesu suscipe spiritum meum.* Vnde & *Martialis*:

Iob. 19. v. 25 *Ps. 31. v. 6* *Act. 7. v. vlt.* *Martial. Epigrammat.*

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator Cygnus funeris ipse sui.

FINEM

FINIS OMNIVM RERVM adpetit.



Fundamenta ruunt orbis, fastigia rerum
Quassantur, summæ concutiuntur opes.
Proq; ope suppressi tendunt ad sydera palmas,
*Quodq; optant sancti, non procul: (*EVGE, *veni!) est.*

Si fundamenta domus labefactantur & concutiuntur, domus ipsa diu stare non potest: ita prorsus cum hoc mundo comparatum est, nam cum fundamenta non labefactentur tantum, nec tantum concutiantur, sed propemodum omnino emarcuerint & diruantur, verisimile certe est, stare diu non posse, sed nec finem longe absuturum. *Fundamenta sunt* Hierarchiæ & Principaliores status, spirituales seu Ecclesiasticus: & Mundanus, secularisue vel Politicus: hæc fundamenta autem non tam concuti quam plane ferme dirui in propatulo est: Arietes autem demolitionum sunt φιλοδοξία καὶ πλεονεξία, vt præsens tabella ἐμβληματικὴ perstringere conatur: *Pedo Episcopali*, Ecclesiasticum; *gladio*, politicum ordinem figurante: *Sacculo* autem aureis conferto & pecunia, auaritiam insatiabilem indicante. Et certe *pecuniæ obediunt omnia.* Auri gratia omnia fiunt. Auro expugnantur omnia fundamenta & munimenta. *Venalia* vbiq;

Simil. ad commod. — „ *NB.* „ — *Fundamenta Vrbis & Orbis.* — *Euolut.*

Templa, sacerdotes, altaria, sacra, coronæ:
*Ignes * thura, preces; cœlum est venale, Deusq;.*

Ioh Baptist. Mantuan. l. 3. calamit. — ** Iura.*

Omnes hierarchiæ alas demittunt ad aurum, præcipue sacer ordo: vt nõ immerito exclamare libeat: *Dicite Pontifices in templo quid facit aurum*; quod omnia in templo auro prostant, auro veneunt, auro deniq; extruduntur; *Non Vrbis hæc iniquitas est, sed Orbis.* In plerosq; Pontifices cuiuscunq; sectæ competit illud: *Prophetæ tuæ concionãtur propter aurũ.* &: *lignei olim erant calices & aurei sacerdotes, nunc aurei calices, & lignei, & aurei sacerdotes.* Imo, inquam, bone Bonif. & *aurei*, nam auri gratia prostituunt, doctrinã, Deum, corpora & animas: docent placentia: fingũt se ad pruritum aurium magnatum. Optimus is est, qui propter sanctum aurum & offam *politicis adulari & fratres onerare potest.* Non est, sacerdotes! ô boni! q; Politicis δωροφαγίαν exprobretis, *pedum vestrum in sacculo pecuniario dextram occupauit*, primi estis vos in emungenda pecunia, in extricanda offa, in corradendo auro. Nullæ rationes potiores sunt, quam *tinnulæ illæ*: Nec tamen aberrat etiam à vobis hoc telum, Domini Politici, etiam vos ferit hoc iaculum: & vos pars estis oneris, quod pauperes premit, vt hic cernitis, pauperes inquam qui sublatis ad sydera, palmis, oculis, gemitibus, ac suspiriis, votis & precibus opem atq; vindictam à Deo exposcunt, qui ẽt annuit precibus ipsorũ, & ait: *Propter miseriam inopum & gemitus pauperum, nũc exsurgam, ponã salutem, &c.* Μὴ πλανᾶσθε, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται: Πάντα ὁρᾷ Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντ᾽ ἐπακούει: *Qui aurem plantauit audit, qui oculum fecit, videt; qui gentes corripit arguet.* ἡ ἐσχάτη ὥρα ἐστί: *Termini ætatum in nos inciderunt. Finis omnium rerum appetit.* Fundamentis conquassatis domus minatur ruinam.

Cum Persio in Satyr. 2 — *Etiam Iuristæ sumunt aurũ & vendunt præbendas indoctis asinis.* — *NB.* — *Mich 3. v. 5* — *B Bonifac.* — *vere aurei sacerdotes: nam aurum sitiũt.* — ☞ *vt est in Tabella.* — *Rationes tinnulæ.* — *Suppreßio pauperum.* — *Ps. 12 v. 6* — *Gal. 6 v. 7* — *Ps. 94 v 9* — *1. Ioh 2. v. 18* — *1 Cor 10. v. 11* — *1. Petr. 4. v. 7*

DEVORANT PAVPEREM, ET deuorantur à Satana.



Pauperis immani consumit viscera rictu
Diues, & à stygio carpitur ipse Lare:
Væ qui prædaris, nam tu quoq; præda futurus,
Ingrati hæredes quando furantur opes.

Mira

Mira quidem sed vera (& vero iterum, eheu! vera) effigies. Vides quomodo alter alterum voret: diues pauperem: diuitem *Leo* ille de quo *Petrus*: Iudæus calcaneo pauperis insidiatur, sed & hunc infernalis illa rapit intemperia, voratque. Nimirum: *Pauper vbiq; iacet* in hoc æuo malo, de ipsius corio ludunt omnes. Nunquam iustior forte fuit querela dominica: *Deuorant plebem meam*, deuorant sicut panem. Prolixissime infamata est hactenus carnificina *Iudæorum*, annulos fuluos in anteriori vestium parte gestantium, sed non minus nocet vafrities illorum in digitis fuluos eosq; aureos gestantiū, ad clauum sedentium, Optimatum scilicet, inquam, populi, quorum frequens in ore est, quærimonia Prophetæ, κατ' ἐμήνυσιν dicentis: *Quando transiuerit hoc nouilunium, vt vendamus commeatum? & Sabbathum, vt aperiamus frumenti horrea? minuendo Epham, & maius faciendo pondus, ac peruertendo lancibus dolosis; cōparando pecunia tenues, & egentem pari calceorum, vt deniq; quisquilias frumenti vendamus*: Sed audiant tales Gurguliones & Vini-Iudæi, quid Dominus de illis: *Audite* (inquit) *hoc, qui anhelatis deiecturi egentem, & deleturi pauperes terræ*, (neq; adficiuntur ęgritudine propter contritionem Iosephi) *iurat Iehoua per excellentiam Iacobi, ne viuam si obliuiscar in æternum vllum operum istorum*: *Aurum & argentum non liberabit eos in die iræ: rapiant, congerant, auferant, relinquendum erit*: *Aurum & argentum ipsorum æruginauit, sed ærugo in testimonium ipsis erit, & manducabit* (quemadmodum & ipsi vorarunt carnes pauperum, sudoresq; & sanguines ipsorum biberunt, ita vorabit Furia infernalis) *carnes ipsorum sicut ignis: clamor pauperum eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Aegre id quidem ferunt dici ipsis, quemadmodum vsurarius ille; *quid* (aiebat) *opus est Pastorem dicere de auaritia, ad me pertinet hæc prouincia expilandi & excoriandi?* tamen dici & inculcari oportet, si qui sint adhuc conuertendi. Mirum autem, quomodo Iudæis tantum indulgeant Magistratus Christiani, vt de subditis suis, de carne q. & sanguine suo tantam lanienam exerceant, & sudores & sanguines piorum exsugant: Ain'? pendet mihi magnum tributum; verum heus tu, vnde id habet, an non ex carne tua exsuxit: *Eoq; nutritur, vt Saluatorem tuum ac meum odio habeat, blasphemet, eiq; in faciem exspuat*, quæ saliua adhuc in ore & barba ei hæret, quando tibi loquitur, teq; omnibus intus diris deuouet! ô indignitatem rei! LL. cum nostræ tum vestræ, & quid de Iudæis eorumq; vsuris statuant ignotæ vobis esse non possunt, quas huius loci & instituti non est persequi: est in manibus *Hotomannus* fuse hæc pertractans, ex eo petat qui volet. Habendi erant vt n[illegible] ci[illegible]a, prout & i[illegible] si olim mancipia, in primis Gibeonitas tractarunt. *Theologi* [illegible] qui volent, legere vel *Lutherum* possunt vel *Bullingerum*: *Musculum* item & alios. Et extat omnibus textus Extr. de Iudæis & Saracenis, quem l[illegible] possunt & debent, qui suos sibi inde honores ac titulos acquisiuerunt.

1 Pet. 5 v. 8
Ps. 14. & 53
Amos 8 v. 5.
ibid. v. 6
Leutschinder: Korn Juden: Wein Jüden: Scharrhansen: Leutfresser.
ibid v. 4
Amos 6. v. 6.
c. 8. v. 7
Martial. Epigram.
Zephan. 1. v. 18
Iac. 5 v 2 & c
VORABIT. Flamma edax circa Ps. 50.
„ D Schiad.
„ *Nota Notarum.*
Non est decens sumere panem filiorum, & obiicere canibus.
Nolite sanctū dare canibus nec margaritas porcis, ne conuersi vos lacerent.
☞ Jüdischer Wucher/rc.
Extr. de Iud. &c.
Principibus autem iniungimus vt à tanto grauamine cohibere studeant Iudæos.
Extr. de Iudæis & Saracen. l. 5. tit. 19 c. 18. quanto,

FORTVNA MODERATE vtendum.



Ecce, instar globuli Fortuna volubilis errat,
Et facili motu voluitur, atq; ruit:
Sic Honor Orbis Abit, sic transit gloria mundi;
Palmamq; Humilitas Obtinet Arce poli.

Lusus

Lusus Fortunæ variatur imagine Lunæ,
Crescit, decrescit, constans consistere nescit:

Quod in omnium, cum piorum tum prophanorum literis abũde decantatum est. Refricat autem eiusce rei considerationem pręsens ἔμβλημα. Omnibus autem hoc vnice incumbit, vt lusum fortunæ considerent, omni loco ac tempore, quam inconstans sit, quamq; incerta, instabilis, volubilis, & *caduca, vt verbo dicam*; siue blandiatur, quod piis rarum, siue irascatur; siue sese fronte siue à tergo conspiciendam exhibeat: certe in omni fortunę statu attendendum prudenter, ne in alterutram partem peccemus vel fastu, si blãdis aspiret Euris, vel demissione animi, si Nothis & Aquilone infesta sit, iuxta illud:

Inconstantia Fortunæ. *Æquam memento rebus in arduis seruare mentem. Horat. lib. 2. Od 3* *Fortunæ facies semper æquabiliter ferenda.*

Si Fortuna fauet caueto tolli,
Si Fortuna negat caueto mergi.

vid. inprim. Horat Od. l. 2. Od. 10

Memorabile *exemplum* habemus in superioris æui Imp. gloriosissimo atq; inuictissimo *D. Carolo V.* augustissimæ memoriæ, de quo Historiographus memorabilem prædicat constantiam, quod in aduersis animũ minime desponderit, neq; in successibus, insolenter sese gesserit vnquam, sed æquabili semper vultu atq; moribus vtrumq; fortunæ lusum temperarit. Id quod & vere prudentis est, cum inconstans, vt sæpe diximus, sit, & cum blanditur, maxime nocere cupiat: *Vitrea est*, ait ille, *cum splendet frangitur*. Nam

Sleidan. D Carol. V. Imp. *Senec. in Thyest. Quem dies vidit veniens superbum vid loc. Act 3 scen. 11*

Si Fortuna volet fies de Rhetore Consul
Si volet hæc eadem fies de Consule Rhetor.

Vno momento tota fortunæ alea conuersa est, quemadmodum *Sesostris Ægyptii* rota sapiẽtissime monet. Quis ignorat exempla? *Iosephi: Hamanis. C. Iulii Cæsaris. Bibuli Boni. Ruffini.* Et sexcentorum aliorum. Multos salutat Fortuna, & comatam frontem porrigit, sed resalutare & apprehendere non possunt imprudentes. Multis sese offert benigna, sed ambabus apprehendentes *nimis inhumaniter* eam tractant, h. e. insolentes fiunt, quos illa deinde vicissim tractat longe inhumanissime. *Crocodilus est Fortuna, persequentes fugit, fugientes persequitur. Nescis*, inquiũt, *quid serus vesper vehat*, quare Fortuna moderate vtẽdum, maxime in aulis, vbi Dominorum gratia multo leuior est & inconstantior iactu sagittæ, & ibi vel maxime verum est quod Poeta canit:

Sesostris Ægyptius. Gen. 40. 41. & seqq. Esther. 3. 4. 5. & seqq. *Fortuna est Crocodilos.* *Aulica gratia. Specul. Aulic. Scopperi, &c.* *Oui. l. 5. Trist.*

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.

Sit igitur semper in conspectu inconstantia & fortunæ & vitæ, vt *moderate sortem feras*, & si cum *Augustino, Basilio*, aliisque fortunæ nomen & casus ferre non possis DEI vtere: & memineris:

Nemo tam Diuos habuit fauentes
Crastinum vt possit sibi polliceri
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Seneca in Thyeste. Act 3 vid. integrum loc. pertinentiss. h.

VERBVM DOMINI NON transibit.



Diuinum ingeniis est omnibus omnia verbum,
Quamuis sit paucis semita trita viris:
Lux est in tenebris: sanctæ lex præmia vitæ,
Est animæ cibus; & clara lucerna poli.

Solem,

Solem, quem in ſupremo eminere loco cernis, verbi diuini hierogly- *Verbum Dei.*
phicum eſſe intellige, quod ipſum etiam & *Lucerna*, & adpoſita ſignificat
Candela, vt inſcriptum noema manifeſtum facit: VERBVM DOMINI MANET
IN ÆTERNVM. *Extenſus ille naſus: exporrecta, longeq; ſuper caput eminentes, aures; a-* *Affectiones.*
cumen oculorum; perſpicillum ſimul; & *propinatæ dapes*; probant, dediſſe nobis Deũ »
propitium media ad odorandum, audiendum, videndum, contrectandum, »
imo etiam comedendum verbum ſuum, dum modo ipſi odorari, videre, »
audire, contrectare, imo & manducare non detrectemus: eſtq; ita: *Non ſinit* *Act. 14. v. 17*
ſe Deus ἀναμάρτυρον: Proſtat verbum Dei in omnibus linguis: dantur ſinceri cõ-
cionatores: Orthodoxi Magiſtratus: & omnia media ad ſtudium diuini ver-
bi, tantum ad praxin transferamus illud, *dominicum*: ἐρευνᾶτε, & *probemus om-* *Ioh. 5. v. 19*
nia, ad legem & ad teſtimonium. Nemo tam infans eſt in ſacris, quin ſe ad eius *1. Theſſ. 5. v. 21* *Eſa. 8. v. 20*
captum demittat, ſaltem tot in locis intelligẽdis, quot ad ſalutem ſufficiũt: *B Greg vid. Biblioth.*
Mare quidem eſt ſcriptura, ſed in quo *mus peditat & elephas natat: abſcõdit Deus* *Matt. 11 v. 25*
myſteria ſua à ſapientibus & reuelat paruulis, ex horum ore ſibi laudem parat ac firmat *Pſ. 8. v 2.*
regnum: nam ſi quid obſcurius dicitur in vno loco, id in altero dicitur ac po- *Ex B. Aug.*
nitur apertiſſime, atq; ita ſcriptura per ſcripturam eſt intelligenda atq; ex- *Ex B. Hilar. vt ſupr.*
ponenda: *non importandus, ſed inde referendus eſt ſenſus ſcripturarum*: vt recte dixe-
rit *Georg. Brandemburgicus*: *Dux Georg. Brandemb.*

Das Wort Gottes wer nicht zu ſchwer/
Wann nur der eigen Nutz nicht wer.

Sic reddidimus.

Diuina ſunt oracula
Manifeſta, ſaltem propriis
Legantur abſq; adfectibus.

Quid autem proderit, Solem in meridie lucere, ſi ſciens volens ad lu- *Simil.*
cem meridianam oculos aures, & omnia claudas atq; obthures? Lucis cer-
te fraudas vſura. Ipſe Ipſum: ita qui ſcientes volentes ad diuini verbi præ-
conium lucemq; ſcientes, volentes cæcutiunt, obſtupeſcunt, obbruteſcũt,
quid inde referent: Lucis vſura ſe priuabunt & hic & iſthic. Non poſſumus
igitur quin cum D. Chryſoſto. *exhortemur: Audite, quæſo omnes vos quibus curæ ſunt* *Chryſoſt. in Ioh. vid. Bibl.*
quæ ad hanc vitam pertinent, & parate vobis Biblia, animæ medicamenta.

Qualiter eſuriens in campo quærit eodem,
Semen auis, ſtramen bos, leporemq; canis:
Ingeniis ita diuerſis diuerſa miniſtrat
Pabula, ſyderei pagina ſacra Patris.
Lac capit hic infans, panem robuſtior ætas,
Nec caret optato curua ſenecta cibo:
Et tamen huic pauci invigilant, quia pleraq; turbæ
Aures non animum conſuluiſſe ſolet.

EIICE PRIMVM TRABEM
ex oculo tuo.



Fœx odiosa virum næuis intenta propinqui.
Non curat proprii crimina tanta laris:
Excute stulte trabem prius, ac festuca notetur:
Sis turpi liber crimine censor, age.

Mani-

Manifestum est omnibus, quod illa desumpta sint ex notissima pericopa Dn. Saluatoris περὶ τῆς δοκοῦ καὶ τοῦ κάρφους, quæ exstat Matth. 7. & Luc. 6. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater sine eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Est odiosissimum genus hominum, imo fex virorum, & sentina malorum, qui non horrent quemuis, quiduis, quouis tempore, quouis loco, quaqua ratione carpere ac traducere, ipsi interim omnium nequissimi, consceleratissimi, flagitiosissimi existentes. Hos carpit & perstringit p̄sens nostrum ἔμβλημα: & certe aperte obarietat hæc peruersitas atq; malitia edicto diuino: *Nolite iudicare. Nolite cōdemnare.* Obarietat etiam diuino-Christianæ *charitati, quæ comis est & malis non gaudet.* Militat piæ prudentiæ, quę docet telam cēsuræ à seipso ordiri, iuxta illud *sapientis; iustus est accusator sui ipsius.* Non tollitur *officium amicorum*, quod est *monere & moneri*, iuxta illud Domini: *si peccauerit frater tuus*, &c. Sed *animus corripientis* fingitur iuxta pietatis atque charitatis cynosuram, ne quid dicas faciasue *lacerato* (vt *Augustinus* loquitur) *animo*: & vt temetipsum accuses prius, plerunq; enim *non videmus id manticæ quod in tergo est*: Nota est Christiana: *Rosa non pungit*: est autem inter spinas, & pungitur: *ne sis igitur inter susurrones*, monet *Sapientum Rex*. Malorum id est, *cum peius facere non possunt*, inquiebat Philosophus: *Luscus*, aiunt, *sit oportet ad minimum, qui inter cæcos regnare vult*, ita saltem criminibus defunctus sit oportet, qui næuos aliorum carpere vult, atq; corrigere. *Calumnia* turpissimū crimen est, in sacris & profanis damnatum, *nouacula acutior*: & cultro *Theaeridæ*, quare ab eo vltro abstinent omnes boni & sani, si vero calumniis impetantur, cogitant & dicunt cum Alexandro Rege: *Regium* (laudabile) *est male audire, bene cum feceris.* & : *Aduersus os loquentium iniqua, bonorum opinio, cum testimonio conscientiæ sufficit*, vt loquitur Bernard. *Conscia mens recti famæ mendacia ridet: Estq; murus aheneus nil conscire sibi, nulla pallescere culpa*: Inueniunt tales iudices mendaces calumniatores, susurrones, & similes tandem suos etiam iudices, vel hic vel isthic, vt *Zoilus*, Ptolomæum: *Daphitas* Grammaticus, Reges: alii, alios: Interim *si quem ex fratribus videamus præoccupari lapsu, eum sublevemus spiritu mansuetudinis, & suscipiamus, vel ad minimum Domino suo eum stare & cadere permittamus*, & vbiuis inscriptum gestemus:

Quisquis amat dictis absentis rodere famam,
Hanc [mensam] vetitam nouerit esse sibi.

De trabe & festuca. *Matt. 7. v. 3* *Luc. 6. v. 42* *Vere!* *Matt. 7. v. 1* *Luc. 6. v. 37* *1. Cor. 13. v. 5. 6 &c.* *Prou. 16. vt supr.* *Amicorum officium.* *Matt. 18. v. 15* *In Ep. ad Galat.* *Prou. 16. 18. & seqq.* *Eras. in Apopth.* *Ps. 52. 55. &c.* *Vid Erasm. Apopht. §. Thearid.* *Alexand. M.* *Bernard. Serm. 24. in Cantic.* *Horat. in ser.* *Syr. 6. v. 1. 2 &c.* *Gal. 6. v. 1. 2. 3* *Rom. 14. v. 4* *Possidonius in vita Aug. c. 22*

INVIDIA ÆGRITVDO OB alterius bona.



» *Omnibus in vitiis concurrit dæmonis astus,*
» *In sola inuidia viscera tota quatit:*
» *Discipuli Christi non est is nomine dignus,*
» *Qui sæua inuidiæ spicula mente gerit.*

Quem

Quem vides *hominem*, INVIDIÆ Picturam gerit. *Est autem inuidia* dolor iniustissimus, conceptus ex alterius felicitate seu prosperitate, opposita misericordiæ, quæ est iustus dolor ex proximi calamitate atq; misericordia. Non est idem cum ἐπιχαιρεκακία: nam *hæc est exultatio* propter proximi mala: Inuidia, *dolor & ægritudo propter proximi bona*. Est autem & INVIDIA vitium omnino turpissimum, Christianæ charitati è diametro oppositū: Christiana enim *charitas non gaudet de malo*, sed de bono, de malo autem ægritudinem animo concipit. Vitium est *immediate à diabolo* manans, vt tabella emblematica ostendit: quemadmodum canis canem os rodentem odit, ita figulum figulus, proximus proximum cui res prospere succedunt. Proxime autem ad hoc scelus accedit ἐπιχαιρεκακία subiecti ratione, non enim inuidus est, nisi qui ἐπιχαιρέκακος & vicissim: quiq; de alterius felicitate contristatur, ille de ægritudine gaudet, & si quid dolet, hoc certe dolet, quod malum non dupliciter intenditur: cuius gratia vel ipse oculum poneret. *Nota est fabula de deab. infernalibus*, quibus per Mercurium Iuppiter optionem dat eligendi, vt quod vna eligat & optet sibi, id alteri in duplo cōtingat, tum INVIDIA eruı oculum sibi optat, vt alteri vterq; oculus cadat: tales sunt serpentes ac circa caput pendentes furiæ, quib. inuidi & ἐπιχαιρέκακοι stimulantur dignissime *Hoc autem* INVIDIA *præ omnibus aliis flagitiis habet*, vt cum omnia alia scelera obiecto (cui vel quod) noceant, hoc subiecto (in quo) incommodet, & non noceat, nisi ei, qui inuidet, non cui inuidetur. Vnde proprium exedere cor fingitur, ac pingitur macie faciem suffusa horrendam: Hinc lepide *Horatius*:

Inuidus alterius rebus marcescit opimis, Et:
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum, &c.

Bernhard. alicubi ait: *esse Basilisci similem, qui venenum in oculo gerit, peßimum & præ ceteris exitiale. Nosse* (inquit) *cupis oculum venenatū, oculū nequam, oculum fascinantem*; INVIDIAM *cogitato. Quid v. inuidere, nisi malum videre est*? Exempla sunt in sacris & profanis: *Cain* inuidet, Abeli: *Ismael*, Isaaco: *Eliab*, & *Saul*, Dauidi: *Pharisæi*, Christo: *Scuerinus*, Chrys. *Marius*, Syllæ: *Pompeius*, Cæsari: & sexcenti, sexcentis aliis. Cum autem misericordiæ obiectum sit calamitas: Inuidiæ v. Fortuna: quemadmodum dicitur: INVIDIA FORTVNÆ COMES. Malis inuidiam sustinere quam misericordiam; quam in rem cōmode Poeta noster:

Liuore quisquis improbo Caret, vir est miserrimus,
Nam summa liuor murmure Oppugnat acri, maxima
Vt perflat Auster robora.

Augustinus: *Inuidia vitium diabolicum, quo solo diabolus reus* (intellige quoniam homini inuidit felicitatem) *& inexpiabiliter reus: Ex hoc sunt inuidi.*

Descript. inuid. in Ouid. Metamorph. l. 2. fab. 15
Plutar. lib. de curio.
φθόνος ἐστὶ λύπη ἐν ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.
Aug. in Psal. 104
Inuidia est odium alienæ felicitatis.
1. Cor. 3. v. 6
ἐπιχαιρεκακία
Nemo alterius virtuti inuidet, qui sua confidit.
Vid. Sabin. Comment in lib. Metam.
Fabula.
NB.
Inuido ergo non inuidenda inuidia.
Hora. in serm. l. 1. ad Lolliū.
Bern. serm 13. in Ps. qui habitat.
Alludit ad illud Christi: An oculus tuus malus est, quoniam bonus ego sum Matt. 20
Gen. 4. & 20
1. Sam. 16. 19. & seqq.
Matt 21. 22. & seqq.
Hart Scopp. de aulic. vit.
Aug. de doctr. Christian.

SINE CERERE ET BACCHO *friget venus.*



Ἄλογα habent certas potandi animantia leges,
Vltra demensum bellua nulla bibit:
Nos homines autem recta ratione vigentes,
Nos madidus Iacchus nocte dieq; rigat.

ABVSVM vini, naſcentemq; inde *degenerem τῆς λογικῆς φύσεως obbruteſcentiam* omnes boni ſemper deteſtati ſunt. Hinc ortum duxiſſe arbitramur fabulam de animantibus, beſtiis, ac feris circa Bacchum, de quibus Ouidius.

Obbruteſcẽtia hominum.

Quem circa Tigres, ſimulacraq; inania Lyncum,
Pictarumq; iacent fera corpora Pantherarum.

Ouid. Metam. l.3 fab.9

Idem eundem ſignificaſſe ſtatuerunt fabula illa ſua de *ſociis Vlyßis à Circe* nobiliſſima Lamia in omnis generis beſtias atq; animantia cõuerſis, quum illi apud *Circen* intemperanter admodum vixerunt, eoq; ab hac in animantia conuerſi finguntur quoniam illic immodicis eſcis potationibuſq; quaſi in hara ſaginati ſunt. Et ſignificanter admodum Poeta inquit in hiſtoria ſeu fabula Vlyſſis:

vid. Sabin. Comment. in lib Ouid. Metam.

Oſq; meum ſenſi pando occalleſcere roſtro
Colla tumere toris, & qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa veſtigia feci.

Ouid Metam. l.14 fab.3

Ebrioſi enim tales geſtus ad viuum imitantur atq; exprimunt. Quare apologus noſter ait: *Oenotrium quẽdam plantaſſe vineam, conſeuiſſe vites, quas omnis generis animalium ſtercore impinguarit q. vina autem iſthæc bibentes, eorum animalium moribus præditos euaſiſſe, quorum ſtercore ſtercoratæ erant vites*, nimirum *; ouium Leonum, ſimiarum, caprarum, porcorum, canum*, ſimilium.

Apologus.

Varie pro varietate ingeniorum adficiuntur ebrii: *quod* enim *in corde ſobrij hoc eſt in ore & opere ebrii. Oues* multi fiunt: mites, manſueti, & in omnes partes verſatiles. Multi *ſimiæ*, geſticulantur & in Prothei, Polypiq; morem vertuntur. *Porci* alii: vt in ſuperioribus. Non pauci *Leones*, omnia ſurſum deorſum vertentes: raptantes: quaſſantes: conterentes: confringentes: quod in ſacris etiam perſtrictum crimen eſt. Inprimis autem *capræ* fiunt plærique, quando Cerere & Baccho irritatur venus. Quem in ſenſum Virgilius Ouidianam herbulam obſcæne ſatis interpretatur, dicens:

Eraſ. Adag. τὸ ἐν καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ... μεθύοντος. *Syr.30 v.31. & ſeqq n.ult. Prou 23 v.vl.*

Hinc legitur radix, de qua flos lacteus exit,
Quam cur Moly vocant? &c.

Virg in Priap.

Húc noſtrum collineat ἐμέλημα. & ex vino prouenientes libidines taxat: quo de expertis loquitur ſapiens: *Ne reſpicito vinum cum rubeſcit, quum exhibet in poculo colorem, &c. Oculi tui reſpicient alienas, & animus tuus eloquetur peruerſitates.* Non quidem (vt hoc denuo moneamus) vſu ſed abuſu vini. Hinc Chryſoſt. *Laqueus maximus* (inquit) *mulieris forma eſt, ſed laſciuus aſpectus, &c.* Deq; *Lothi inceſtu* Auguſt *Ebrietas decepit, quem Sodoma non cepit: Vritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non vrebat.* Et idem alibi: *Valde turpe eſt, vt quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino, qui nõ vincitur ferro.* Sunt mortifera talia pocula: *Mors iuuat infundere, & diabolus euacuare*, quare in fine plerumq; grauiſſime plectitur hoc peccatum, certe iſthic, niſi reſipiſcatur, ſed & hic, vt in exemplis *Holofernis*, *Amnonis*: & inprimis *Legatorum*, *apud Amyntam Regem Macedoniæ*, *Perſarum ſinus* matrum licentius contrectantium, eoq; iuſta Nemeſi à filio Amyntæ occiſorum.

Quod factum turpe, idem & dictu. *Prou.23 v.31.* *Genetrix virtutum frug.* *Iuſtin. l.20* *Hom. 5 ad pop Antioch.* *Super Geneſ. ad liter li.5* *Ep. 40 in Tabell.* *2.Sam.13* *Iudith.13* *Iuſtin. lib.7*


IN NOVISSIMIS DIEBVS erunt Empectæ.



Paſtores ſtolidi nunc ſunt ludibria vulgi,
Nec tamen à ſannis temperat aula ſibi.
Sit deſiderium veſtrum ergo Κοίρανος αἴθρης,
Paſtores! merces arce repoſta poli eſt.

Iure gentium cautum est, ne quis Legatos violet aut aspernetur: quod ex *Tullii* *Liu. lib. 1*
Hostilii oratione ad Legatos, &c. apparet: *Vter populus prius aspernatus fuerit Le-* *Dec. ad 1*
gatos: & *historia Dauidis* id luculenter confirmare videtur. At hocius Lega- *Alexand. ab*
torum, † *Dei Legatis, sacerdotibus Domini, ministrisq; verbi* obtingere & exhiberi *Alex. genial.*
nullo vnquam tempore potuit: verum quo maior fuit Legantis Maiestas, *dier. l. 5. c. 3.*
eo grauior est & fuit Legatorum adflictio & calamitas. Experientia omniū *2. Sam. 10.*
temporum istud confirmat. *Prima ætatis vltimū Legatum* & iustitiæ præconem *† 2. Cor. 5. v. 20*
Noam cum *Mathusalemo*, aliisq; omnino renuebat audire, & obseruare: *Non* *Gen. 6. v. 3*
ampli⁹ (inquit Dn.) *disceptabit spiritus meus cum homine, quia caro est. Secunda ætatis* *2. Pet. 2. v. 5* *Gen. 19. v. 9*
Lothum comprehendere & grauiter plecti volebant. Eadem fortuna cum *2. Pet. 3. v. 7. 8. 9*
talibus monstris luctati sunt *Moses. Samuel. Elias. Elisæus. Esaias*, serra à *Manasse*
Rege Idololatricissimo (vt statuit *Hieron.*) dissectus, vsq; ad Paranymphum Dn. *Hier. Com. in*
Ioannem, quos *Dn. Saluator* omnes ab iis, ad quos missi erant, persecutionem *Esaiam.*
passos esse adserit plurimis in locis noui Instrumenti, præcipue vero in Pa- *Inprim. Matt. 22. & 23*
rabola *de Nuptiis* filii regis: & seq. c. Matth. Sortem vero Legatorum suorum *& Steph. Act.*
post tempora sua vsq; ad finem mundi describit in vltima concione ad dis- *7. c.*
cipulos. *Si*, inquit, *verbum meum seruarunt & vestrum seruabunt: si me persecuti* *Matt. 22. v. 14 &c.*
sunt, & vos persequentur: quod ipsum adeo euenisse exemplo suo & collegarū *Ioh. 15. c. v. 20*
edocet *Paulus*: ὡς περικαθάρματα (ἔφη) τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι *C. Matt. 10* *1. Cor. 4. v. 13*
&c. Reliquorum inde quæstus scientes volentes omittimus: quibus haud
mitior fuit fortuna, nam *cum illud in viridi fieret, quid in Arido factum fuisse conii-* *Luc. 23. v. 31*
cies; &: *si Patrēfamilias Beelzebub vocauerunt, quāto magis domesticos eius vocauerint.* *Matt. 10. v. 25*
Non igitur mirum tam indigna atq; nefanda sacerdotes atq; ministros Dei *Selnec. in Ps. 51*
pati à malis etiamnum. *Carnificem hodie quam sacerdotem esse atq; vocari satius ac* *NB.*
mitius est, maxime si quis sollicite & cum zelo officio præesse suo velit, nam ☞
muti illi canes: vulpes: dolosi operarij: Dominorum assentatores: Fratrum oppressores, po- *Luc. 12. v. 45. 46*
puli opplausum quærentes non digni sunt qui in Legatorum Domini ordinem
allegantur, reperient illi *mercedem suam dignam operibus suis cum infidelibus*: qua-
re concludimus cum August. *Nihil est in hac vita & maxime hoc tempore facilius* *Aug. Ep. ad*
& lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi aut presbyteri aut Diaconi officio, si per- *Valerian. 143.*
functorie & adulatorie res agatur, sed nihil apud Deum miserius & tristius & damnabi- *Gen. 15. v. 1*
lius. Vicissim nihil est in hac vita & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, pericu- *Matt. 5. v. 11. 12*
losius, Episcopi, Presbyteri aut Diaconi officio: sed apud Deum nil beatius, si eo modo mili- *Ex l. Dauid.*
tetur, quo Imperator noster iubet. Bonorum Legatorum, qui αὐτὸ παραπρεσβείας *legator.*
exsequuntur officium, *merces & scutum Deus est, & copiosa ipsorum merces* *2. Sam. 10.*
in cœlo: In hoc autem seculo nunquam impune quis ipsos per-
sequutus est, persequitur, nec perse-
quetur.

OPES ET GLORIA HVIVS mundi vanitas.



Omnia prætereunt, tenuiq; fugacior vmbra,
Decußis cristis interit omnis homo:
Sis licet excelsi sublatus ad æthera cœli,
Infima sub terræ præcipitandus eris.

Iterum

Iterum inuehimur in vanitatem studiorum huius æui, maxime vero in corradendis diuitiis, & aucupanda gloria occupati, quæ omnia *in fumum* tandem abire atq; euanescere luce clarius ex hac tabella perspicitur: *Alligat* hic *homo terrenus*, & terrenorum studiosus *manus & cor* suum *Reginæ Pecuniæ*, eius fræna capessit, seq; ei regendum præbet quantus, quantus est, totum. sed omnis honos, omnis gloria, omnis affluentia *concedit in fumum*, fumus vt ante fuit: quare in stabilioribus figendum, fundandum, hærendum erat: *Omnia* hic *vana sunt, & VANITAS VANITATVM*, vt *Ecclesiastes* infit: & *omnis gloria carnis, tanquam flos agri, tanquam fœnum, deniq; tanquam fumus, à summo venerandissimoq; Imperii vertice* ad infimas stabuli vsq; quisquilias, vt recte *Cyprian. sanctus Christi præco & martyr: quid & quos honores putas esse; fasces; quam affluentiã in diuitiis? quam potentiam in castris? in Magistratu Purpuræ speciem? in principatus licentiæ potestatem? malorum blandientium virus occultum est, & arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar quoddam veneni, vbi in lethales succos dulcedine adspersa calliditate fallendi sapore medicato poculum videtur esse quod sumitur, vbi epotaueris, pernicies hausta grassatur.* Hactenus *Cyprian.* Nec aliter æstimat *Simonides:* ἄνθρωπων ἄπρακτοι μεληδόνες, αἰῶνι δὲ παύρῳ πονός ἀμφὶ πόνῳ Perinde ac si cum *Mose* voluisset dicere: κόπ©- κ) πόν©-: Et cum *Dauide: vniuersa vanitas est omnis homo viuens, & frustra tumultuatur.* Exemplis res fiet clarior: *confidentes ad vrnam Alexandri Magni Regis* Philosophi, & funebres planctus ædentes, cum diu potentiam regis momentaneam dilaudassent: *nunc in vrna iacet*, inquit, *vermium esca futurus. Imperator Alexander Seuerus*, dixisse perhibetur de se & omni sua potentia atque gloria, qua vsus erat in vita: *Omnia fui & nihil mihi prodest. Gilimerus Rex Vandalorum* pro triumpho ductus *à Bellisario* in Vrbem Νέαν Ρώμην Constantinopolim, dixisse fertur ex *Salomone:* Ματαιότης ματαιότητων κ) πάντα ματαιότης. Et de *Magno Turcorum Imperatore referunt*, quod vrnã suam funeream secum vehere semper solitus fuerit, & ante eum pannum, iusseritq; ferialem ante se proclamare: *Ecce, Magnus Turcorũ Imp. Saladinus de omnibus thesauris suis nihil inde reportat, quam hunc pannum.* Deniq; qualis, quanta sit gloria, maiestas, opulentia omnium etiam summorũ, apparet ex *doctissimi Imp. Adriani vltimis verbis*, quibus ludit ad animam: *Animula vagula, blandula, hospes, comesq; corporis, quæ nunc abibis in loca; pallidula, rigida, nudula, Nec vt soles dabis iocos.* O vanitatem vanitatum vanissimam! quin ergo missis factis terrenis, ad cœlestia vnice adspiramus!

Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Exol.* ἰσσον λ. *Stigel canit* fœdoque in puluere fumus. *Ecclesi.v. 2. & seq.* *Esa 40 v. 6* *Syr.40.v.1* *Cypr. dictum de Magistratib.* *Patet in Exl. Damoclis.* *Leg.Epi.2 Cypr.* *Simonid dict.* παράπραξ. ῥῆσις Απαλλάξιον. *Ps.90. v 10* *Ps 39 v.5* *Pollion hom. de vit aterr.* *Flau Vopisc. tribuit & Saturnin.* *Gilimerus Rex Vandal. recitat Phil. in Chron ex Zon. Annal.* *Saladin.Imp. Turc.* Floruit in toto qui rex Oriente superbus. hunc nisi panniculum possidet ecce nihil. *Æl. Spartia. in Hadr. Imp.* *Colos.3. v.1.2.4 3*

FAMA MALVM! QVO non aliud.



Ecce rotantur res hominum, ſuprema labaſcunt,
Infima tolluntur, tollimur & ruimus:
Et quem ſuſcipiunt ſpecioſa cacumina famæ
Altius, hoc amens altius ipſe cadet.

Sunt,

Sunt, qui eminere, & obtinere primas in hoc æuo gestiunt, & hoc vanum est. Est quidem *fama bonum*, & quidem bonum non mediocre, sed inter bona huius æui cũ primis, *Fama enim*, aiunt, *& vita æquiparantur*: paribusq; passibus ambulant, *HONORES, FAMA, VITA. VIRTVTIS Comes est, bona fama, qua semel amissa postea nullus eris*, vt *Cato* noster in Moralibus. Famam dico, *quæ recte factis, pietate, & studio virtutum non fucato, acquiritur.* Quæ autem fama quæritur secus quam diximus, neq; legitimo fine, ea fama vanissima est. Quærunt alii studiosissime Famam *ex congestis thesauris auri & argenti*, vana hæc fama est, & mallent hi beati quam boni dicier in hoc seculo. *Quæ venit ex opibus fama, prophana venit.* Possunt vel pessimi quiq; esse diuites: & ingentes thesauros per phas & nephas hincinde corradere, harpagare, concumulare & contumulare Fama. Prou.16.v.1 Caso distich. moral. Fama quæ. Et vnde, " "

—— —— Nil nostro in corpore gazæ

Proficiunt, vt inquit Lucretius. Lucret.

Non domus & fundus, non æris aceruus & auri. Vid. Paling. in Zodiac.

Non iam dicam: quando tale studium cancrinos sæpe imitetur gressus, & Satanam habeat ductorem & rectorem: Nam *omnis diues aut iniquus est aut iniqui hæres*: Non enim *gazæ, neq; consularis, &c.* Vid Horat. in Od

Sunt qui famam quærunt *ex fumosis maiorum clypeis*, ex multorum seclorum prosapia, ex laudatorum maiorum præclare factis, sed & hoc vanissimum est: Nam *virtus nobilitat, non aliena sed propria*, quare præclarissime dictum ab *Ouidio*: C. Et Eoban. Hess. de Nobil. Ouid metam li.13. fab.1

Et genus & proauos & quæ non fecimus ipsi

Non ea nostra puto. Et *Lucretius* — *Nil* Lucret.

Proficiunt vel nobilitas vel gloria Patrum, &c.

Sunt qui malis factis inclarescere cupiunt, quemadmodum *Herostrat.* qui vt memoriam nominis sui post se relinqueret, celebratissimum Ephesiæ Dianæ templum incendit: Maledicta hęc est fama, qualis & *Epicuræorum atq; Empectarum* illorum qui dicunt: *vbiq; relinquamus memoriam lætitiæ, nam hæc est portio nostra & sors huiusmodi.* Herostrati nomen maledict. Sap 2. v.9

Quicquid sit, quippe bonum dici possit fama, etiam gloriose parta caducum tamen est & fragile bonum, & *est vbi gloriosus & ignobilis nihil differunt*, quemadmodum dicitur:

Est vbi nobilitas, honor atq; potentia mundi Auson. in Epigram.

Hic forma vultus conspicuis esse pares

Ecce quis hic pauper, quis diues iure vocandus?

Qualibet ossa suis ossibus æqua vides.

Quare consultissimum fuerit missa fama & gloria terrena quærere cælestem illam & gloriam perennem, de qua dicitur: *Gloria, honor, pax, omni operanti bonum*: Interim *Stet quicunq; volet potens aulæ culmine lubrico:* Rom. 2. v.7 Seneca in Thyest. Act. 2. scen 8

Me dulcis saturet quies: obscuro positus loco leni

perfruar otio.

MEVM: TVVM: SVVM.



Iusta licent in præsenti commercia seclo,
Sistere non alias ciuica vita potest:
Verum absint fraudesq; doliq, & crimina falsi,
Sistere non alias ciuica vita potest.

Inter

Inter eas res, quarum virum ingenuum probumq; pudere non debeat, numeratur etiã à sapiente hæc: *Attendere de varia mercatorum venditione.* Quare & nobis licitum esse arbitramur de iis dispicere, & sententiam nostram interponere: PRINCIPIO autem tenendum est, licita esse mercimonia, & concedi contractus ciuiles per se: quod tam certum est, quam est distinctio *mei & tui*: quæ certe quarta secundæ duarum tabularum lege diuino oraculo expresse cauta atq; confirmata: & ostendunt exempla vtriusque Instrumẽti, quod commercia semper exercita simul atq; à Christiana plebe per se probata sint, nihil ergo moramur, quæ hęc vel illa *Sus Cata-Baptistica* oggrũniat. Adstringuntur autem mercimonia *legibus*, cum diuinis tum *positiuis* seu *humanis*: *illis* quidem, vt *ne vtantur stateris dolosis: ne Epham minuant: ne sortes aduiterent: ne paleam pro tritico vendant*, deniq; *ne in mercimoniis agant dolose cum fratribus*, sed *omnia fieri curent in charitate.* Et *quod quis sibi fieri nolit, alteri id faciat minus, quod* etiam ex L. Naturæ desumptũ, & adeo probatum est laudatissimo *Imperatori Seuero*, vt omnibus tabulis insculpi & mandari id iusserit. *His* vero vt omnes contractus nitantur φυσικῶς, *ÆQVO ET BONO*, exclusis omnibus fraudibus & dolis malis. Nam dolosus contra rectam rationem, æquitatem ius & fas, & Deum ipsum agere instituit, sed non perficiet cæpta: imo *ipse suo dolo* (res hominum miro suo iudicio temperante Iehouah;) *velut venator suis laqueis capietur atq; irretitus pessimis peribit malis* verissimumq; experietur quod.

Mercatura
Syr.41.v.23.4.
Exod.20.& Deut.5
C Ierem.32.
Commer. licit.
Prou.11.v.1
Amos 8.v.5
1.Thess.4.v.6
1.Cor.16.v.14
Luc.6.v.31
Phil. in Alex. Sev.
Leg. Cornel.
Conf. è Theol.
B. Greg. li.1. Epist.42

Felix criminibus nemo fuit diu.

Μυσιομαχαριότης est in *Iustitia*, studioq; ęqui & boni, ac proinde id omnes boni vnice pensi habebunt, vt iustitiæ distributiuæ, commutatiuæq; in hoc ordine studeant, & scientes volentes neminem dolo malo circumscribant.

Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. Pie & præclare *D. Gregorius*: *credite mihi, quia sicut experimento multorum didicimus, in damno expenditur, quicquid cum peccato congregatur. Si vultis igitur nihil iniuste perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere. In terrenis etenim rebus semper causa damni est origo peccati.* Hactenus *Gregor.* Frequens dici solet: *male partum, male dilabitur.*

Hesiod in ἔργ.
Greg. Magn. li.7. Ep 57. ad Brunchild. Franco. regin.

De male quæsitu non gaudet tertius hæres, &c.

Quare & hic pia cautione opus est: Es ist ein böser Pfenning der einem zween schadet/ mediocri igitur compendio vel lucello contentus esto, vt augeat Deus reliqua. Sed ô tempora! ô mores! quot mercimoniorum genera,
" tot decipiendi modi, in diuendenda *annona*: *pannis*: *libris* etiam, imo &
" in *ouis*, *cæpis*, *holeribus*, *butyro*, & quis omnia auri &
" argenti retia percensebit.

Lucellum mediocre.

AVRO VBIQVE RETIA ponuntur.



Aurea diuini quæruntur vbiq; metalli
Munera, sub criptis aucupio, atq; mari.
Improba ter stolidum quatit hæc væsania mundum,
Cum quærenda prius cœlica regna forent.

Non omnino improbamus maximam illam solertiam & sagacitatem mortalium ægrorum in perscrutandis terrę visceribus inueniendorum pretiosissimorum metallorum gratia. Nam cum *aurum, argentum, æs*, & alia metalla bonum Dei donum sint, consequens est, etiam illa à nobis perquiri nō omnino illicitum esse. Verbum diuinum, virtutes, inprimisq; virtutes, *auro defœcato & pretiosissimo comparantur. Iob venas seu meatus auri in* terræ visceribus laudat. Etiam piissimi multi auro, argento, ære, aliisq; metallis ditissimi fuerunt, neq; tamen propteria male audierunt, dānares: *ex fluminibus gemmæ & aurum datum* esse cum sacra tum prophana testantur. Quamuis nimium auri studium, & perfodiendorum montium libido auri gratia merito à piis adstringenda paulisper aut minuenda videatur: & *esset * optandū homines eo studio ferri in cœlum, quo scrutantur terræ viscera, sola diuitiarum cupiditate pellecti, quæ beatum hominem adeo facere non possunt, vt multos admodum, idq; non raro insumptæ operæ ac factorū sumptuū pœniteat*: Nota est historia *Pythii Metallirii*, & quomodo vxor ipsius auri ἀπληστίαν in ipso correxerit, confectis affabre aureis tragematis & esurienti propinatis, quibus tn̄ esuriem ille suam solari, nedum animam tranquillare & conscientiam non possit. Huc pertinet & *Midæ* auri sitis, quem tamen cito stultissimæ optionis pœnituisse historiæ tradunt. Ponenda igitur erat hæc μοχθηεία *in perquirendis thesauris spiritualibus*, docente *Christo*, præ quibus tamen stolidissimi homines terrena tam frequenter expetunt: quod & *Ouid.* deridet, inquiens

——— ———itum est in viscera terræ
Quasq; recondiderat, stygiisq; reconderat vmbris
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum,
Prodierat cuius dira cupidine tandem
Omne nephas fugere procul verumq; fidesq;
In quorum subiere locum fraudesq; doliq;
Insidiæq; & vis, & amor sceleratus habendi.

Eadem opera etiam impostura *Alchimistica, capite censendæ*, taxatur. Vt iam non dicam de nobili illa fatuitate, qua in tentandis montium fastigiis *virga auellana*, vel alii confidunt, & ex virgæ vel sonitu, vel tractu, vel susurro de pretiosi vel ignobilis metalli præsentia augurantur. De *Aucupio* & *piscatione* dicere quid attinet, quibus tamen multi adeo dediti fuere, vt *aureis retibus, hamisq;, aucuparentur*, piscarentur. Et quidem modica harum rerum oblectatio cum quod culinæ etiam seruiunt, non inuidenda erat, verum id temporis in aucupio & piscatione insumitur, quod sæpe in studio verbi diuini, dicendo iure secundum leges & aliis exequendis officiis vocationis insumi conueniebat: quare non immerito *Vlysses filium* Telemachum ab hoc studio omnino abstinuisse proditum est.

Aurum, argentum, æs, gemmæ.
Ps. 19. v. 11 C. & Ps. 119
Iob 28. v. 1
Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Salomon, &c.
Gen. 2. v. 11
Dioscorid. l. 1 c. 69
Plin. l. 12. c. 9
** Henr. Corn. Agrip. lib de vanit scient. §. de metallaria.*
Recit. Lud. Viu. in libell. de instit. fœmin. Christian.
Ioseph. Pass. Ital. de Stat. Marital.
Matt. 6. v. 20
Sciat. ha vsū auri sustulerunt.
Romani minuerunt.
Ouid. lib. Metam. 1
Ραβδομαντείας vanitas atq; futilitas.
Aug. Nero. Impp.
Vlyxes.

RAPE, CONGERE, AVFER relinquendum est.



Vt ſi quem videas fodiendis lege metallis,
Damnatum, vano ſe macerare πόνῳ:
Sic auro quiſquis ſtudet, argentoq; parandis,
Deſerit, & Stygias ſors vehitur ſub aquas!

FVRVN-

FVRVNCVLVS vel mus ille agrinus,(quem *murem fennicum*, vel *glirem fennicum* alii dictum arbitrantur) qui totos frugum aceruos in terram deportat, æstatis tempore, vt ingrauescente hyeme, vnde viuat, habeat, typum nobis præbet eorum, qui nimio labore se macerant & torquent in hac vita, & magnos thesauros congerunt, quos tamen deserere coguntur tum cum minime putant: quibus sępe *ne contrectandi datur facultas, pœna diuinitus inflicta*, eaq; iustissima pro tali malitia: quod non semel in sacris videas cum deploratum tum reprehensum: *Quam nihil* (inquit Dauid) *nisi vanitas omnis homo: eheu! quam sicut vmbra pertransit homo. Et quam vane solliciti sunt! Colligit & ignorat quibus ea sit congregaturus*: & iterum *Propheta: vt perdix colligit oua sed non excludit: ita comparans diuitias sed iniuria mediis diebus suis derelinquet eas, & tandem erit stultus*: & *Rex sapientissimus: est malū quod vidi sub sole, idq; maximum super homines: viro cui dederit Deus ipse diuitias, facultatesq; & honorem, & cuius animus non destituatur vlla re qua delectetur, cum huic non facit copiam Deus ipse fruendi re illa, sed vir alienus fruitur re illa; hoc vanitatem & ægritudinem pessimam esse. Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas Captat, & oppositis abstinet ora cibis.* Magnum sane vitium esse, iners & ignauum otium omnes boni semper fassi, iuxta atq; detestati sunt, *multa mala docet*, & *Satanæ puluinar est*, homo desidia diffluens nec hominis nomine nec lucis vsura dignus deputetur, vt sapientissimis Gentilium etiā visum est, sterquilinium ille hominis verius dicetur, & ἐπίσιον ἄχθος ἀρούρης, qui recta contrauenit fini creationis suæ qui est, *ad laborem*, sed labore nimio sibi ipse decurtare vitā, quid etiā est aliud quam sui ipsius homicidā esse & fieri, quare *laborandum* quidem sed tamen & *orandum*, h.e. pietati studendum, & precibus aliisq; pietatis & honestatis, vocationisq; officia facienda. *Quærendum regnum Dei & iustitia eius, vt pro Domini Saluatoris* promissione, *reliqua ὡς ἐπισάγματα adiiciantur.* Laborantes vt vmbra sequitur mors: & nisi in timore Domini laboraueris, etiam infernus patulo rictu & flammas ructantibus faucibus, exhalantibusq; fauillas, fumumque natibus patet, in quem procurrere curriculo credatur is, qui ἄνευ φόβου καὶ εὐλαβείας laborat. Quare semper insonet auribus auaris, & laboribus sese torquentibus, enecantibusq;: *Hac nocte repetent animam & cuius erit quæ congregasti.*

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas
Nudus ad infernas stulta vehere rates.

Pendentem ergo ab arbore verbi Euangelici *Christum respice* & contuere fide, ille dat requiem in labore, *solatium* in tentatione, *vitam* in morte.

Hamster vocant Germani
Luc.12. v.20
Ps.39. v.5. & seqq.
Eccles.5.v.3
Ps.39. v.6.7
Ier.17. v.11
Eccl.6.v.3
Horat. l. 2. ser. Satyr. 3
Si quis emat Cytharas, emptas comportet in vnum.
Cornel.Gall.
Otii turpitudo
Syr.33.v.28
Hesiod. in ἐργ. &c.
ἐργάζευ. πέρση.
Erasm. Chil.
Iob 5.v.7
ἄχθος καὶ πόνος.
Matt.6.v.33
Psal.128. v.1
Luc.12. v.20
Propertius.

VIRTVTES VITIIS INQVINANtur, vt virtutes esse desinant.



Viuit in hoc æuo nemo, qui criminis exsors
Exstet, & à vitiis libera corda gerat:
Ne tamen enormes magno cum crimine lapsus
Committas, prudens mente tremente caue.

EXCEL-

EXCELLENTIA ingenia, excellentia vitia: quod prouerbio fertur. Dolendum certe est, in multis inesse artes, disciplinas, sapientiam ciuilem, fortitudinem, aliarumq; virtutum nobilissimarum initia, sed iuxta has habitare in eodem etiam ignobilissimos næuos, & turpissima vitia, vt virtutes vitiis certent, & vicissim, quemadmodum de *Alexandro Magno Iustinus* ex *Trogo* refert. Perinde est, ac si opiparum edulium & magno conquisitæ lautitiæ in sordido apponantur vasculo, quod non potest non esse fastidiosum, & inquinatum. In *Scipione* est magna *fortitudo & continentia* summopere laudanda, sed in eodem turpissima concurrit φιλαυτία & vanæ gloriolæ aucupandæ detestanda cupiditas. Est in *Xenocrate temperantia & continentia*, sed laudis stimulis promicat nimius. *Alexander fortitudinis* ac *prudentiæ* bellicæ immortalem habet laudem, quam tamen *ambitio, ingluuies & libidines* obscurant simul & obturpant. Adeoq; etiam in *Socrate* insignis est *Patientia*, sed ob defectum fidei ac veræ cognitionis (qua etiam sapientissimi & moratissimi Gentilium oẽs destituuntur) ita inquinatur, vt ne virtutis quidem nomen mereatur, sed larua virtutis verius dici possit. Ad eundem modum inuenias hodie in vno aut altero eximiam cognitionem, eruditionemq;, vel sapientiam vel eloquentiam; cum quo eodem habitat vel intolerabilis *superbia, quæ bonis operibus insidiatur, vt pereant*; dicente *Augustino*, vel temulentia, vel incontinẽtia, vel libido, vel præcipitantia, vel alia: vt *qui in vno delinquit, reliquorum reus censeatur*, vt *Iacobus* loquitur. Quare faciendum est omnibus modis iis, qui dona Dei in sese mediocria deprehendunt, ne aliis iisq; enormibus vitiis ea obturpent & deperdant, sed *vt ipsorum vsus aliquis esset*, monente *Syracide*, esse possit: Alias donorum abusus, *talentum defodere* esset, quod à Deo grauiter puniendum esse docet parabola *Domini* de talentis: *fideles* igitur *dispensatores esse debemus variæ gratiæ diuinæ, prout cuiq; datum est*: Inprimis autem cauere à præsumptione, *superbia, & fiducia propriarum virium: Melior enim est in malis factis humilis confessio, quam in bonis factis superba gloriatio*, Omnibus quidem in vniuersum næuis in hac corruptione naturæ defungi non possumus, manet in nobis *peccatum inhabitans*, & *lucta Spiritus cum carne*: sed id cauendum est ne næui in vitia, vitia in crimina, crimina in scelera atque flagitia euadant; *ne peccatum regnet in corpore nostro, neq; obediamus ei in concupiscentiis suis, sed Spiritu peccata carnis mortificemus.*

Iustin. li. 11. & 12
Alexand M.
V. S. Scipio Afric.
Xenocrat.
Erasm. in Apopht.
Alex. M. vt supr.
Socrates.
Augustin.
Iac. 2. v. 10
Syr. 4. 7. 6. & al.
Matt 25. v. 25
1. Pet. 4. v. 10
Augustin.
Rom. 7. Gal 5
Rom. 6. v. 12
Rom. 8. v. 13

LVX ET TENEBRÆ NON coharent ſibi mutuo.



Omnia cum prima ſumunt exordia luce,
Optima lux, Iouæ eſt cuncti creantis opus?
Non opus eſt σκοτος: *eſt tantum priuatio lucis,*
Lux Chriſti, tenebræ ſunt Satanæq; typus.

Duo contraria iuxta se posita magis elucescunt. Adparet id heîc ex *oppositione lucis ac tenebrarum.* Lux est creaturarum τῶν ἀλόγων nobilissima ac præstantissima, & primo à Deo condita, cõcreata primę moli, *nihil enim esse potest sine luce.* Tenebræ autem à Deo creatæ non sunt, imõ ne sunt quidẽ: non enim sunt quiddã positiuũ, sed tãtum *priuatio nobilissima creatura lucis.* Quo n. quid magis est, eo est perfectius: quo quid minus est, eo est imperfectius, quare vt essentia & creatio lucis perfectionem, ita priuatio tenebrarum imperfectionem arguit. Vnde & *Deus sese lucem dicere, & in luce habitare inaccessa* non abhorret: qui & *ex tenebris lucem splendescere iussit,* vt *Apostolus* loquitur: vnde efficitur, *quo quid est perfectius eo magis lucis habet,* vt ante de essentia Dei dictum, & ex natura Angelorum: animarum hominũ patet, adeoq; etiam aer & aqua, quoniam sunt *corpora diaphana*, præstantiora sunt terra, creatura minime pellucida; quam oppositionem lucis & tenebrarum sancti ac prophani homines agnouerunt: Tobias ait: *Quæ mihi potest esse lætitia, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* Ouidius initio suarum metamorphoseon: *Arist. Probl. sect. 22 q. 11* *Gen. 1. c.* *vid. Aug. de Gen. ad lit. c. 5* *Tenebræ quid;* *1. Ioh 1. v. 14* *1. Tim. 6. v. 16.* *2. Cor. 4. v. 6* *Tob. 5. v. 12.*

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, &c. *vid. Ouid li. 1. metamorph. fab. 1. & 2*

Quare in sacris *lux, rerum* integrarum: *tenebræ*, rerum adflictarum sunt hieroglyphicum: heîc *lux*, veritatis: *tenebræ* falsitatis, & errorum: item, *lux* pietatis, fidei atq; virtutum, *tenebræ* vero impietatis, infidelitatis & criminũ hieroglyphicum gestant. *Nam qui mala agit, in lucem non venit, scit enim opera sua à luce argui, qui vero bona, in lucem venit, nec formidat κρίσιν lucis. Lucis* igitur *sectanda opera*, & refugiendæ tenebræ, nam qui hîc lucis operibus studet, istheîc in æternam lucem suscipietur, *inq; lumine lumen*, & gaudium videbit perpetim, sed *qui tenebrarum* opera facit, *in tenebris exterioribus* ęternos sustinebit cruciatus: hinc deducit conclusionem Apostolus: *Deponenda opera tenebrarum, & potius quam in luce ambulandum: compotationes & comessationes, cubilia, stupra, adulteria, furta, cædes, obtrectationes odia, & similia sunt tenebrarum opera,* quæ qui facit, regnum lucis & gaudii non possidebit vnquam: *Filii lucis* sumus, *opera tenebrarum non facere sed arguere potius* debemus: quemadmodum autem *lux & tenebræ coniungi non possunt,* sed se mutuo tollunt, ita non possumus pietatis simul esse studiosi, & magnis sudare criminibus, *nec Christum cum Belial, coniungere: qui nõn est mecum* (ait, *Dn. Saluator*) *contra me est, & qui non colligit mecum dispergit.* *Typus Esa. 45. v. 7* *Ioh 3. v. 20. 21* *Rom. 13. v. vlt.* *C. Eph 5 &* *1. Thess. 5. v. 7* *Ps. 36. v. 10* *Matt. 22. v. 13* *Rom. 13. v. 12.* *Eph. 5. v. 11* *2. Cor. 6. v. 14. 15. 16* *Luc. 11. v 23.*

VIRTVS

VIRTVS NVMMIS postponitur.



Est via decliuis nummorum immensa cupido,
Excutit ad ſtygias ſæua machera Rates.
Nobilitas virtus, Pietaſq; ad ſydera ducit,
Humilitatis Ouans Aſtra ſubibit opus.

BILAN-

BILANCE eadem ventilatur. Alma virtus & flauum æs, sed illa ab hoc longissime superatur. Nimirum, corrupti æui huius mores depinguntur, quod virtutis minimam, nummorum rationem ducit maximam, & illam hisce longissime posthabet; iteratq; illud Gentilis Poetæ

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum est — *Horat. Epist. lib. 1*

Virtus post nummos, &c. — *Et alius Iuuenal. Sat. 3.*

Quantum quisq; nummorum possidet arca, tantum habet & fidei: vt nunc rectius quam vnquam *Ætas Aurea & Argentea* dici posset: quoniam proscripta virtute sola fere regnat Philargyria. — *Ætas aurea & argentea.*


Creuerunt & opes & opum furiosa libido, "
Et cum possideant plurima plura petunt "
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit "
Defecit virtus, exulat alma Fides. "

Egregie autem pingitur ac fingitur huius æui labes, seu potius malitia hisce Phaleucis: — *Senec. alleg. in Ep.*

Sine me vocari pessimum, dum diues vocer: "
Nemo an bonus; an diues; omnes quærimus: "
Non quare & vnde; quid habeas tantum rogant: "
Vbiq; quantum quisq; habuit, tanti fuit: "
Quid habere nobis turpe sit, nihil: "
An diues omnes quærimus, nemo an bonus? "
Aut diues opto viuere, aut pauper mori: "
Bene moritur quisquis moritur, dum lucrum facit "
Pecunia ingens generis humani bonum. "

Sed, heu cæcitatem ac turpitudinem! non aduertimus stupidi, quo magis vincit grauitate pecunia, eo magis demergit & demergitur ad Orcum: quo magis vincitur eleuaturque virtus, eo magis sustollitur ad astra & aspirat ad coronam. Nam virtus, detruso & prolapso ad inferos cacodæmone, sedes æthereas occupat & victrix triumphat. *Olim apud Romanos binæ ædes sacræ coniunctæ stabant*, vt per vnam ad alteram fieret accessus & transitus, vnæ virtutis, alteræ Honoris ædes dicebantur, per illam ad hanc patebat ingressus. Videlicet, tantum *per Virtutes ad Honorem recta via contenditur*: præcipitia nummorum demergunt in laqueos, tentationem, & mortem. *Via virtus est*, inquit Augustinus, *qua nititur ad possessionis finem, id est, ad gloriam, Honorem, Imperium. Hoc insitum habuisse Romanos, etiam Deorum apud illos ædes, Virtutis & Honoris, quas coniunctissimas constituerunt, indicant. Gloriam ergo & Honorem & Imperium non debet sequi virtus, sed ipsa VIRTVTEM.* — *NB.* — *Ædes Virtutis & Honoris.* — *1 Tim. 6. v. 10* — *Aug. de ciuit. Dei l. 5. c. 12*

MORS ÆQVAT OMNIA.



Pallida per ſimili mors trutinat omnia lance:
Quæq; ſubis hodie, cras ego forte luo.
Humilitas igitur, prudenſq; Αὐτάρκεια, Spes &
Chara fides ſemper pectora noſtra regant.

Mors æqua lance omnes ponderat, & lance sua demetit congrue omnia: *Mortis spicula*
Est commune mori, mors nulli parcit honori:
Debilis & fortis veniunt ad limina mortis.

Non exhorrescit triplicem coronam: non expauescit ad diadema Cęsareum: Regium sceptrum non formidat: aularum culmina conscendit imperterrita: nec humiles subire dedignatur casas, & tuguriola: huius spiculis cadit mas & fœmina: vir & puer: iuuenis & senex: doctus & indoctus: infulatus & paludatus pariter succumbunt: decutit galeas: excutit romphæam: præcipitat galeros: excutit furcam & calamum: fortitudo vincitur: pulcritudo deformatur: cursu nemo effugit: latebrarum indago non oculit: verbo dicam: *à mortis spiculis nihil est immune*: est nascendi & *moriendi* tempus: *omnia in hoc æuo incerta sunt, sola certissima mors: incertissima hora*, Nam *Aug. in Psal. 38*

Nemo tam Diuos habuit fauenteis *Seneca in Thyest.*
Crastinum vt possit sibi polliceri:
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Nemo natus vnquam est, qui non fuerit vel moriturus vel mortalis. *Oriens hac lege intraui, vt exirem*, inquit Seneca: *Seneca.*

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas *Horat. in Od. li. 1. Od. 4*
Regumq́ turreis ô beate Sesti! *Vsus.*
Vita summa breuis spem nos vetat incoare longam.
Iam te premet nox, fabulaq́ manes.

Si de diuitiis & honoribus & morum nobilitate, te iactas, de patria & pulchritudine corporis & honoribus, quæ tibi ab hominibus exhibentur: respice teipsum quia mortalis terra es, & in terram ibis. Circumspice qui similibus fluxere splendoribus. Vbi sunt qui ambiebant currum potestatis? vbi insuperabiles Imperatores? vbi sunt qui conuentus disponebant, & festa: & equorum splendidi nutritores? vbi nunc vestes & ornamenta peregrina: vbi seruorum turba? vbi iocus & lætitia? vbi exercituum duces? vbi satrapæ & tyranni? nonne omnes puluis & fauilla; morte omnes sumus similes, absque discrimine: *Aug. lib. de natur. & grat.*

Effigiem rex Crœse tuam, ditissime Regum, *Auson. Epigram.*
Vidit apud manes Diogenes Cynicus:
Constitit, atq́ procul solito maiore cacchinno
Concussus dixit: quid tibi diuitiæ
Nunc prosunt rex ô Regum ditissime? cum sis
Sicut ego solus, me quoq́ pauperior;
Nam quæcunq́ habui mecum fero, cum nihil ipse *Ex Bianto.*
Ex tantis tecum Crœse feras opibus.

RESPICE FINEM ET NON peccabis.



Pectore vt intrepidus læto vltima fata capessas,
Diuina mentem religione liga,
Exerceq; Fidem, mentem dilectio firmet,
In Domino fidens spiçula Mortis aret.

VINCV-

VINCULA, plagas, compedes, retia vbiq; ponit mors, pedē non figimus, vbi suas non tetenderit mors pedicas; vbi arcū mors suum non intenderit, tela missurus: Et *quis resistit morte? Resistitur ignibus, vndis, ferro, resistitur potestatibus, resistitur regib. venit vna mors, quis ei resistit? nihil est illa fortius.* Vbiq; tēdit plagas, siue comedas, seu bibas: siue vigiles, seu dormias: siue moreris, seu iter facias siue stes, seu sedeas: & dum hæc scribimus, mors intendit, & dum hæc legis, mors intendit. *Quomodo pisces hamo capiuntur & retibus: & aues per aerem libera laqueo dum nesciunt alligantur: sic & homines pro merito suo deducuntur, cum repente mors venerit, & iudicium in omnes, &c.* Ier. 9. v. 21 Aug. in Psal. 101 ,, NB. ,, Ecclesi. c. 9. v. 12 Hier. in Comment: in Ecclesiast.

Plagas has euitare omnino nullo modo possumus, sed quomodo in mortis casses incidamus, pia sollicitudine & sollicita pietate agendum est: Et primo quidem opus est *humilitate vera*, ac demissione animi cum coram Deo tum coram hominibus: *Quid enim superbiret cinis & puluis; cum lutum sit & figmentum fragilimum, longam infirmitatem resecat medicus, & qui Rex est hodie, cras etiam moriturus est: Et mortuus homo hæres est serpentum, & bestiarum ac vermium futurus*; recte Rythmicus Syr. 10. v. 10. 11 ,, ,,

Cum fex cum limus cum terra leuissima simus,
Vnde superbimus, nescimus, quando perimus. ,,

Deinde αὐτάρκειαν nostram consolidat, &, vt præsentibus, quæ diuina obtingunt bonitate, contenti viuamus, monet: quomodo enim de conquirendis multis bonis maxime sollicitus esset, cui per aures cordi insonat illud ferale: *Hac nocte tollent animam tuam? facile omnia contemnit, qui moriturum se cogitat.* Restringet etiam hæc meditatio gulam & luxuriam, comessationes & compotationes, cauetq; ne corda nostra grauentur. *Atheorum & Epicuraeorum* hęc vox est: *edamus & bibamus, cras enim moriemur*: pro quo dicendum erat: *Pie ac moderate æuum hoc transmittamus, cras enim, si Deo ita videbitur, animum exhalabimus, vt eum fortiter in sinum redemptoris deponere possimus.* Luc. 12. v. 20 Hieronym. Luc. 21. v. 34 Esa. 22. v. 14 ,, NB.

Integer vitæ scelerisq; purus
Non pauet mortis iaculum, nec arcum
Nec venenatus grauida sagittas, Fusce, pharetra. Horat. l. 1. Od. 22

Deniq; quicunq; se moriturum cogitat, & quidem necem sibi vbiuis imminere, ille in tempore prospicit de felici excessu, omnibus locis, iuxta illud *Seneca*:

Cum quo loco te mors moretur haud scias
Tu fac locis mortem moreris omnibus. Seneca. Ep. 26. conuers. allud. ad 2.

Acerbitatem autem mortis, mortis Christi consideratione, tanquam *letiferas aquas iniecta arbore vitæ edulcat*, nouit enim morte Christi nos victuros in æternum beate. Reg. 2. v. 21

MORS CERTA, INCERTA hora.



Sola Dei pietas vitarum stamina ducit,
Prorogat & rumpit fila Pronœa Dei.
Quare cum veluti filum sit vita caducum,
Ad momenta vide singula, teq; para.

Alludit

Alludit hæc hieroglyphica tabella ad *Parcarum* stamina *Poeticarum*, de quibus fabulantur: quod tres sint Deæ apud inferos, quæ cuiuis homini suā vitam & fata destinent atq; temperent: dictas volunt hoc ordine. [Clotho, Lachesis, Atropos,] de quibus *Lactantius*: *Omnia tribus temporibus contineri necesse est, præterito, præsenti & futuro. Præteriti est origo: præsentis substantia: futuri dissolutio. Incipimus cum nascimur: sumus, cum viuimus: desinimus, cum interimus. Vnde* (pergit Lactantius) *tres esse Parcas volunt Poetæ: vnam quæ hominis vitam ordinat, alteram quæ contexat, tertiam quæ rumpat & finiat*, iuxta versiculum: *Chloto colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.* *Hesiodus, Cic. Cleanthes Apul. Mart. & al.* *Lactant. instit. diuin. l. 2*

Significari autem hisce omnibus liquido apparet: *Primo certitudinem fati*, & quod, si rem recte expendas, *nihil fiat fortuito* nec contingenter, sed omnia diuinitus in numero, pondere, & mensura disponantur: cum vitæ introitus, tum excitus per quem stat vita & nex nostra, & est *tempus nascendi & moriendi*, dicitq; *Deus reuertimini filii hominum*: qui *limites posuit vitæ nostræ, quos transilire potest nemo*: adeoq; nos & omnia nostra à Dei nutu atq; arbitrio pendere. *Deinde certum esse & immotum fatum mortis*, & nulli parci, nam dicuntur *Parcæ per ἀντίφρασιν*, quod minime parcant, quemadmodum & *bellum ἀντιφραστικῶς* ita dicitur, quod minime bellum sit: nam omnes *nascimur, aliquando morituri*: hęc lex firmata est diuino eoq; verissimo oraculo: *Quocunq; die comederis ex eo, morte morieris*: vnde Martialis: *Significatio Parcarum. Eccles. 3. v. 2 Cleanthes: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Ps. 90. v. 3 Iob 14. v. 4. 5 Parcæ dicuntur per ἀντίφρασιν Themistocl. Gen. 2 v. 17*

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, obseruant quem statuere diem. *Martial. li. 1. Epigr.*

Inprimis autem notari hoc ipso apparet, *fragilitatem vitæ nostræ*, quæ a serico, quod aiunt, filo pendet: *Homo Bulla*, aiunt, *quam facile occatur filum, rumpitur vel ita vita nostra abrumpitur*: affirmante Hiiobo: *induit caro mea vermes, & ramentum pulueris, cutis mea disrupit se & liquefit: dies mei velociores fuerunt radio textoris, & consumpti sunt cum inopia spei. Pauci ac mali sunt dies vitæ nostræ, finis ab origine pendet, παραγόμεθα: & instar rapidissimi torrentis abripimur*: Eodem plane modo nobiscum comparatum est *quo cum Damocle*, cuius *ceruici acinaces imminebat*: quod nos prudenter ac pie considerare iubet, *mellifluus Doctor*, dicens: *Septem sunt de essentia hominis, quæ si homo consideraret, in æternum non peccaret, scilicet, materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, status instabilis, mors tristabilis, dissolutio miserabilis, damnatio detestabilis, & consideratio gloriæ ineffabilis.* *Iob 7. v. 7 ibid. v. 5 & 7 Gen 47. v. 9 Psal. 90. v. 5. &c. Damocles Bernh. de consideratione vilitatis humanæ.*

HOMO

HOMO DISCVTITVR *vt fumus.*



In ventos mordax fumus dispergitur; atq;
Præterit, vt nunquam forte fuisse putes:
Non secus hic transit cunctorum vita caduca,
Vt ceu non fuerit præteriisse rere.

Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Habuimus hactenus aliquot hieroglyphica vitæ huius fragilis atq; caducæ, recurrit tale etiam heîc, & aliquot eius rei statuit symbola. Primo, *aristam*. Secundo, *sonitum tibiæ*. Deniq; & *fumum*. *Aristæ* simile admodum quadrat: nam è terra nascitur: nimirum & homo *nascitur è terra terreus*; vnde eius etiam fragilitatem perspicere est: *Quicquid enim est, resoluitur in suum Principium: terra est homo, ergo & in terram reuertetur*, iuxta oraculum diuinum, quod iambi sequentes lepide declarant & exaggerant: *Fragilitas humanæ vitæ.* *Arista.* *Gen.2. v.7* *ibid.c.3. v.19* *Hartm. Scepp. in specul.*

Conceptus agro semine Mortalis infans editus
Dolensgemensq; nascitur Diesq; quosuis conterit
In maximis molestiis Nihilq; morte certius
Incertiusq; tempore Vitam per omnem cogitat.

Arista vel culmus principio pulcre viret: est & suus iuuentæ viror: deniq; definit in pulcram atq; fructiferam aristam: & *homo positus est, vt fructum ferat, & fructus eius maneat*, dicente *Dn. Seruatore*: *fructus* autem *sunt: laudes Dei, inuocatio, gratiarum actio, Fides, Dilectio, Spes, Patientia, Humilitas, Castitas, Moderatio, &c.* quib. quo magis vita hominis turget, eo gloriosius assequitur finem suæ sationis & creationis. Interim tamen omni *iniuriæ atq; intemperiei aeris subditus est culmus, subdita arista*: haud absimiliter *homo* subiectus est omnibus miseriis atq; calamitatibus, *per quas Electos ingredi oportet in regnum cœlorum*: videatur inprimis *Aug. de ciu. Dei, li. 22. c. 23.* & *in serm. ad Lippium*, cũ inquit, *te Dominus magnis persecutionibus corripit, probat te in Electorum suorum numero ordinasse. Nam sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad Deum peruenire possumus. Omnes enim qui ad paradisum redire desiderant, oportet transire per ignem & aquam.* & quæ sequuntur. ¶ Deniq; *culmus cum arista breui demetitur, tritico collecto, deflagrant palea*: Ita homo breuissime demetitur mortis falce, & qui bona egerunt: *ibunt in cœlum* ad cœlestia gaudia, *qui mala in igni æterno flagrabunt* in æternum. *Comparat. Culmi.* *Gen.1. & 2* *Ioh.15. v.16* *Iob 14. v.1. &c.* *Act.14. v. 22* *Aug. serm. ad Lippium.* *Matth. 25. v. 46*

¶ *Sonus tibiæ* leuitatem huius vitæ percommode adumbrat, dulce equidem canit fistula vel tibia, sed est tamen tantum transiens sonus: suauis est & illecebrosa vita hæc nostra, sed momento quasi transit, vt dulcedo eius nec videatur nec audiatur nec vere sentiatur: verbo dicam: sonitu leuius & breuius transit. ¶ Deniq; vita *fumi instar in ventos dispergitur ac dissipatur*. Quid n. fumus? *Mordet & lacrymas elicit*, nempe: *in lacrymis orimur, in lacrymis morimur: expletur lacrymis egeriturq; dolor*: Discutitur á ventis vt ne vestigium eius appareat: ita breui discutitur vita hominis præ flatu diuinæ iræ, vt perinde *transeamus tanquam euolemus*: & *vestigium vix videtur*, vt est in *Psalmo*. *Comparat. Fistulæ.* *Comparat. fumi.* *Ps.90. v.12* *Ps.37. v.10*

PECCATA ET POENÆ PECCAtorum in æquilibrio.



Vt truculenta metit sæua mors omnia falce!
Vt magnas strages cedit, & interimit!
Nimirum, cum PECCATI *mensura repleta est,*
Accelerat flagrans vindicis ira Dei.

Quemadmodum *maturis herbulis, agriq; frugib. falx imminet*, ita hominib. securitate diffluentibus cōpleta peccatorum mensura imminent pœnæ & πανωλεθρία iusto Dei iudicio. Ad multa peccata Deus sapienter & per multam μακροθυμίαν conniuet, tanquam ad pœnam nō vigilaturus, vbi autem expleta est iniquitas, tum in furore corripit & punit, quemadmodum Apostolus: *An nescis, longanimitatem te Dei ad pœnitentiam prouocare, tu autem corde pœnitere nescio, cumulas tibi ipsi iram in die iræ & iusti iudicii diuini*: *Iustus* enim *Iudex Deus est, si non conuertatur impius, gladium suum acuet, arcum suum adduxit, & sagittam aptauit ei*: *Deniq; aptauit in eum arma lethifera, sagittas suas in feruidos occupaturus est*: *Depluit super improbos, prunas, ignem & sulphur: ventusq; procellosissimus portio calicis eorum futurus est*, dum *scopis perditionis verrat & euertat*, vt Propheta *loquitur*. *Longanimis equidem & multa misericordia Deus est, sed nec minus iustus super irresipiscibiles*, quare sapiens: *Misericordia* (inquit) *& ira apud eum citæ sunt, & super peccatores incubabit eius indignatio, &c.* Nemo igitur diuina lenitate & ad pœnam tarditate atque conniuentia abutatur ad peccandum, sed potius sibi certo persuadeat peccata sequi pœnas peccatis dignas, nisi fiat resipiscentia & remissio, non enim de nihilo est quod *Gentilis* ait, Deum ad vindictam quidem tardum esse, sed tarditatem moræ grauitate pœnæ plerunque compensare: idque fieri certo, diuino, iusto, atque sancto consilio, quod Deus ante pœnas & πανωλεθρίαν peccata crescere & homines sinit efferari, & in suas clades furenter irruere, vt dicitur

Vrna completa mergitur. *Rom. 2. v. 5* *ibid. v. 4* *Psal. 7. v. 12* *ibid v. 13 & 14* *Psal. 11. v. 6* *Esa. 14. v. 24* *Syr 5. v. 4* *ibid. v. 6* *Valer. Max.* *Securitas ante pœnas.*

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus primum solet,
Caligenemq; offundit, vt ruant suas
Furenter in clades sibi quas noxiis
Accersierunt vltro consiliis malis.

Phil in Epigr. vertit ex Euriped.

Nota sunt exempla; *Diluuii*: *Sodomorum & Gomorrhaeorum Euersorum*: *Hierosolymorum*, vbi tanta peccandi licentia & securitas erat, vt etiā Ioseph. ipse fateatur, *nisi Titus iustitiæ diuinæ exsecutor venisset, & puniuisset rebelles, Sodomæ atq; Gomorrhæ incendia passuros fuisse*. Ex quibus omnib. ita recensitis efficitur, cum ad summum fastigium ascēderint omnis generis peccata, vel vnquam fando audita, & libræ peccatorum lingua recta instet, non procul abesse diuinā Nemesin Adrastian, & euenturum quod tabella nostra Emblematica monet. *Quos autem Deus flagello temporali non castigat, eos in iudicium æternum puniendos relinquit*, iuxta Cæsarium Arelatensem.

Ioseph. Antiq. l. 6. c. 16. *Cæsar. Arelatens. ex Aug. Homil. 38*

TVRPISSIMI MORES
extremi æui.



Inuidia, & Sordes, Calumnia, Fœda Voluptas,
Fastus, & officii obliuio, tumq; Rigor:
Hæc scelera extremum teneant cum singula seclum,
Extremum Satanæ tibia rauca canit.

SVMMA.

SVMMA huius est: ostendere conatur, *in quibus maxime regimen suum exerceat Satanas in hac mundi fece:* nempe in iis, qui harum circumstantium bestiarum mores atq; peruersitates sectantur, quales sunt: *Bufo, Sus, Canis, Hircus vel Capra, Pauo, Asinus. Leo, &c.*

Summa.

BVFO inuidiæ auaritiæ & auaræ inuidiæ hieroglyphicum: inuidus n. qui successus proximi videt, ringitur, & instar bufonis turget, adeoque sibi alterius felicitate aliquid decessisse opinatur. Vitium diabolicum! & qua noxa diabolus primos nostros parentes seduxit, inuidens paradisi delitias & fauorem diuinum, æternaq; olim possidenda gaudia. Regnat igitur in inuidis Satan, imo, si *Augustino* credimus, *omnia sua excrementa & fœtores in inuidū exonerat Satan.* Nec minoris turpitudinis est *auaritia.* Auarus enim omnia licet habeat, seipsum tamen non habet: pie, plane, ac pulcre *August. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo, tolle inuidiam & meum est quod habes.* ô diuinam sententiam! ô opus exoptatissimum!

Blötert sich wie ein Krood.
Gen. 3 v. 1. &c.
In Ps. 139. & alib. sæp.
In Euangeliū Ioan.

SVS figurat eos, qui cæno voluptatum in hoc æuo se prouoluunt & ingurgitant, mūditiem nihil pensi habentes: *Animam pro sale habet Porcus:* Ita omnes voluptuarii & inprimis Lurcones & Eluones, qui noctes diesq;, dies noctesq; compotant, eluantur, pergræcantur, obliti pietatis atq, honestatis. Inest autem vino ἀσωτία, ἀσωτίας ἄρχων Satanas est, vbi ergo ἀσωτία regnat, ibi regnat Satanas ipse. *Temulentia furor est Satanicus,* & ebriosus gubernacula omnium adfectuum & actuum diabolo resignat, qua de re supra plura.

vt est Esa. 5 & Eph 5
Aug. ad sacras virgines.

CANIS denotat osores, & qui rancori & obtrectationibus dediti sunt. Ignobilia sane, seruiliaq; ingenia. *Nihil* enim *magnum est, quod non æque sit placidum.* Inprimis autem grande peccatum est, odisse corripientem, *maxime si te non odio sed amore corripiat, & non studio detrahendi, sed tuæ emendationis,* vt Hiero. loquitur, quod hodie frequens. Sunt autem & hi Osores ex Satanæ aulicis, *in quibus potens est.* Eph. 2.

Id. August. in Ep ad Galat.
Hieronym in Prophetam Amos. c. 5

CAPRA procacitatis & salacitatis σημεῖον, figurat scortatores, mœchos, fornicarios & libinarios: qui vel à diabolo abripiuntur ad bestiales libidines, & irritantur ad fœdas atque illicitas concupiscentias & concubitus, quod crimen multis populis, nationibus, vrbibus, regionibus extremam pernitiem attulit.

NB.

PAVO, superbiæ hieroglyphicum refricat nobis exprobratq; fastum atq; supercilium, qua plus de nobis, minus sentimus de aliis quam decet: Conueniebat autem vngues Pauonios (h. e. næuos, vitia, crimina & fragilitatem nostram) contemplari, nec dubium est quin cristas confestim simus dimissuri, in hoc scelere regnat Satanas: & in iis qui eo capti ac dementati sunt.

Rom. 12 & Phil 2
vid. Bernard. Ep. 42

ASINVS, tarditatis ad labores & facienda officia vocationis: diabolicum hoc vitium est, & πανουργία plerumq; confine.

LEO, Tyrannorum hieroglyphicum, & in his dominatum gerit Satan: *nihil hi rectum faciunt, quam cum,* vt aiunt, *moriuntur.* Sed de his supra latius.

Tyranni.

CVRRVS SVPERBIÆ TRA-hitur ad inferos.



Explicat infernus vexillum tortor, & auget
De cunctis populis plebe furente manum.
Verum (eheu!) pleno vehitur sub tartara curru,
Deq; graui præda deliciosus ouat.

SVPER-

SVPERBIÆ quanta insint mala, hoc Emblematicum commentum arguere atq; ob oculos ponere annititur. Estq; adeo turpissimum sane crimen & flagitium vere diabolicum, *reproborum*, vt Gregor. inquit, *certissima nota*, quemadmodum humilitatem filiorum Dei τεκμήριον esse, nemo dubitat. Vnde August. *Delictum magnum arbitror esse superbiam. Quæritis, quam magnum sit hoc delictum; quod deiecit Angelum, quod ex Angelo fecit diabolum, eiq; in æternum interclusit regnum cœlorum. Magnum hoc delictum est, & caput atq; causa omnium delictorum, scriptum est enim*: initium omnis peccati superbia, *& ne q. leue aliquid contemnas*, initium, inquit, *superbiæ hominis Apostatare à Deo creatore. Et vt euidenter ostendamus, ipsa est peccatorum omnium initium, & finis & causa, quoniam non solum peccatum est superbia, sed et nullum peccatũ potuit aut potest aut poterit esse sine superbia.* Vere tu quidem, *Augustine beatissime*, nam non est peccatum tam grande quod non committat superbus, efferus, & insolens homo. *Inuidet* proximi prosperitati, nam *id quærit, vt ipse solus emineat*: vt rectissime idem *Augustin. Prior est vitiis superbia: Non enim inuidia parit superbiam, sed superbia parit inuidiam. Non enim inuidet nisi amor excellentiæ: Amor autem excellentiæ superbia vocatur*: Superbus diuitias quærit, corradit, coaceruat, vt habeat vnde supercilium suũ alere possit. *Pecunia neruus superbiæ est*, vt est in Psal. 49. Superbus impingit in charitatem Christianam, nam in quo est superbia, in eo non est charitas, charitas sese demittit, superbia effert inflat, turget: illa autem charitas de proximo semper plus sentit quam de se. Superbus colla proximi premit, eumq; opprimit: crudelis tyrannus est, *cuius finis, infamia, ignominia, interitus*: Superbia *Charybdis* est, à cuius vortice qui abripitur, demergitur ac suffocatur: *Hydrops* est cuius tumor non potest sanari. Superbia inducit securitatem, & facile omnia diuina simul ac humana iura ridet, quod enim libet, licere putat, habet volũtatem pro ratione. Quare *hanc Pupam suam & charam ge...namq; sobolem Satanas in curru exaltauit, ditauit duplici crumena: duplex poculũ capiti pro coralla imposuit*, breuiter, egregie admodum pinxit & finxit, vt ad excellentiam nihil addi possit, quare *omnis generis homines eius currum trahunt*, nam superbus ab omnibus vitiis atq; flagitiis præceps trahitur *ad inferos: Deus a. superbis resistit: Deponit potentes de sede. Vir superbus non decorabitur*, (ait Hieron.) *nec voluntatem suam perducet ad finem, tametsi hic propter aurum ab omnibus manibus gestetur, tollatur in altum! sed lapsu grauiore ruet!*

Dispereat quisquis præfert virtutibus aurum,
Ingenium cunctas nobile vincit opes.

Superbia nota est reproborum ait Greg.
Aug. in Psal. 18
Syr. 10
Idem Ep. 3 ad Iulian.
Idem: De verbis Domini serm. 54
Idem in Ps. 44 & 104
Ps. 49.
1. Cor. 13
Phil. 2. v. 2
Luc. 14 & 1 Pet. 5. v. 5
Est Charybdis.
Hydrops.
Vt est in Tab.
Luc. 1. v. 52
In c. 2. Soph. Habacuc.
Petr. Lotich. Secund.

O HOMO TIME, ET RESIPISCE.



Quæcunq; possunt sensibus
Et cogitatu percipi
Tormenta, sunt ludibria,
Si cum dolore conferas
Quem sustinebunt reprobi
In inferorum sedibus.

INFERNI cruciatus ostendere, quomodo, ac prælibando quasi propinare hęc Emblematica tabella molitur: hic infernalis *Rhadamantus*, cuique pro vt meruit, & à Domino Iehoua iussus est, dispẽsat, pœnas atq; cruciatus horrendos: de quibus verbo q. *Augustinus, grauiora*, inquit, *esse tormenta, quam qua & qualia hoc in seculo poßint formidari.* Nihil aiunt Poetæ, fabulantes, *de volvente saxum sisypho*: fictile dolium implentibus *Danaidum* sororibus: *Tantalo* fugientes aquas & retrocedentia poma captante, alia, alia sunt illa tormenta, quibus nunquam morituros Satanas enecat reprobos: Iocularia sunt illa fictitia & commentitia, præ hisce veris & omni opinione humana maioribus: *lacus inferni* (sic quidem Aug.) *plenus est tenebrarũ, discordiæ, odii, stultitiæ, miseriæ, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adustionis, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali, quod nec dici nec cogitari potest. Dubitandum quidem non est, ipsas pœnas, quibus cruciabuntur, qui regnum Dei non poßidebunt pro diuersitate criminum esse diuersas, & alias aliis esse acriores, vt in ipso igne æterno pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia tormenta pœnarum, dicente Domino*: Tolerabilius erit Sodomis quam vobis in die iudicii. *Verum ipsa per se pœna inferorum nec cogitatione concipi nec verbis calamoue describi potest.* Et vocabula *tenebrarum: stridoris dentium*: Et simil. saltem aliquantisper ostendere & eminus spectanda conantur propinare tormenta, quemadmodum Euangelica historia testatur. Nihil aut parum admodum ait *Virgilius*, dicẽs:

Pœna inferorum, vid. Tab.

Ludibria Poetastrorum. Sisyphus. Dolium Danaidum Tantalus. alii.

Aug. de triplici habitac. c.1

Idem lib. 3. de baptism. contr. Donatist. c.19

Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igne,
Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
Suspiciunt, clausæ tenebris & carcere cœco, &c.

Virgil. l.6 Æneid. v. 543

Rectius Rythmicus noster licet minus eleganter vel Latine:

Sunt ibi tortores serpentibus horridiores:
Deformes, nigri, sed non ad verbera pigri,
Nunquam lassantur, sed semper ad hoc renouantur:
Semper tristati, semperq; ferire parati:
Semper mordescunt, nec cessant nec requiescunt.

Incerti Authoris.

Origenes diabolos & reprobos aliquando saluandos esse putat, verum cum Christus dicat: *Ite in ignem æternum*: videtur illa opinio manifeste refelli: Quicquid sit, non magnopere de hisce inquirendum, sed potius cauendum ne ingrediare. Et: *vtinam vbiq; de gehenna dissertaretur, nam gehennæ meminisse, non sinet in gehennam incidere.*

Origenis suane delirium.

Matth. 22. v. vlt.

Chrysost. Homil ... Ep. ad Rom.

VIA LATA QVÆ DVCIT adinferos.



Fige pedem, properare caue, non est via recta,
Ad cœlum haud præsens ingredieris iter!
Horrida crudelis trahit hic ad tartara saltus,
Ergo gratum reuoca, quæso, pedemq; refer.

De choræis & saltationibus multi multa commentati, plæriq; autem illam leuitatem, & libidinū fomenta execrati sunt atq; detestati: sed chorea, quam hic vides, & quam omnium ordinum homines saltant, alia est & omnium perniciosissima & exitialissima, nam recta ducit ad inferos, ostendit enim quomodo cacodæmones omnis generis homines trahant & abripiant sub se & iugum suum, æternamq; damnationem: *Fistula*, quam inflat, *raucumq; cornu* quo perstrepit, aliud nihil est quam diabolica suggestio, *saltare vero & mouere pedem corpusue*, est diabolicis suggestionibus locum dare & gerere morem, qua de saltatione sic infit August. *Implere dicitur Satanas mentem alicuius, & principale cordis, non ingrediens quidem in eum, & in sensum eius, sed fraude & iniquitate atq; omni malitia illum alliciens atq; seducens, affectu malitiæ trahit per cogitationes & incentiua vitiorum, quibus ipse plenus est, vtpote fallax, nequam & fraudulentus deceptor animarum. Non enim, &c. Sed per deceptionem fraudulentam & malitiam, &c.* Verum ô miserrimos nos qui ad tibiam ipsius tam leuiter salimus, & tentationibus ipsius quibuscunq; tam leui motu cedimus! cedūt Ecclesiastici, perperos sensus in sacrosanctum verbum Dei ingerentes, animas veneno hæreseωn inficientes, errore circumscribētes *quos sanguine Christus suo mercatus est*: scandalosa nocentes actione: peruersitates & vitia non increpantes, nec reprehendentes *canes muti: fratres & conseruos percutientes*: politicis adsentantes: Coepiscopos καὶ συμπρεσβυτέρους calumniis grauantes, multa mala facientes hypocritæ, *dealbati* sæpe *parietes*: &c. Cedunt politici, verbum diuinum adspernantes, *ministros verbi prementes & longe infra pedum subsellia suorum abiicientes, pro asinis ipsis vtentes, exitiali ἀλλοτριο-ἐπισκοπίᾳ præfinientes quid, cur, quomodo, quousq; in suggestu dicere debeant: semper discentes & nunquam ad agnitionem veritatis peruenientes*: iuris baculum rectum infringentes, sententiam pro lubitu temperantes, personam respicientes, munera sumentes. Cedunt plæriq; persuadenti impietates, odia, rancorem, cædes, stupra, incestus, adulteria, furta, obtrectationes, rapinas: & omnis generis vitia atque flagitia. Bene equidem haberet: *persuadere potest, cogere non potest*, ideoque *resistendum illi erat fortiter & in fide, atq; fiducia* D.N. Iesu Christi victoris, sed nimis ad hanc luctam *molles* nos præbemus, ideoq; tam frequens & copiosa est choræa & cursus ad lacum infernalem. Sed tu Domine, *libera nos de laqueo venantium, & à verbo aspero, ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, vt lætum tibi aliquando ἐπινίκιον psallere liceat: Benedictus Dominus, qui nō dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium: Laqueus contritus est & nos liberati sumus.*

Tibi gloria.

De Choræis
Anton. de Gueuara Episc.
Fistula Satanæ.
Saltare.
August. lib. de spiritu & anim. c. 27.
Idem de ciu. Dei. l. 4. c. 11
2. Pet. 2. v. 1
Esa. 56. & Luc c. 12
Actor. 23. v. 2
☞ *NB.*
2. Tim. 3. v. 7
Iac. 4. v. 7. de mollib. vid. 1. ... v. 9
Aug. Sol. c. 18.
Ex Ps. 124. v. 6. 7

OMNIA TEMPVS HABENT.



Cura creatoris sapienti singula lege
Nexuit, vt fiant tempore quæq; suo:
Temporibus seruire decet, decet omnia Καιρῷ
Confieri, Sapiens, tempore quæq; facit.

Sapien-

Sapientissimus Deus tam sapienter omnia disposuit *in numero, pondere, & mensura*, vt omnia quę *sub sole* fiunt, *singula suo tempori* fiant, quemadmodũ Sapiens ait: *cuiq; rei sua est tempestas, & tempus cuiq; voluntati sub cœlis*. Soles eunt & redeunt, sicut modum ipsis statuit παντοκράτωρ Deus. Sap.11.v.22 Eccl.3.v.1 v 9. Ps.104. v 19 Ouid. metam. l.1. fab.1

Et noua crescendo reparat sua cornua Phœbe:

Labuntur stellæ, sydera oriuntur & occidunt, prout Deus sanxit, & ire iussit. *Tempus* (inquit Tertullian.) *est omni rei. Adspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri: Granum est primo, & de grano frutex oritur: & de frutice arbuscula enititur, deinde rami & frōdes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur; inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur*: Iob 38.39 Tertull. de veland. virgin.

Ipsa vices natura subit, variataq; cursus Lucan. ad Calphurnium.
Ordinat, inuersis & frondibus explicat annum:
Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos,
Ver fugit æstates, æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & vndis: &c.

Quod ipsum q. in fasciculum colligit & compingit *Græcus ille* scriptor: Sophocl. & alleg. Agell. l.12.c.12 &c. Erasm. in Chiliad.2. cent.4. adag.17

Πρὸς ταῦ κρύπτε μηδὲν, ὡς ἅπαντ᾽ ὁρῶν
Καὶ πάντ᾽ ἀκούων, πάντ᾽ ἀναπτύσσει χρόνος.

Omnium autem optime verbum Dei de tempore loquitur, & qui illud regit, disponit, ordinat Deus: *Deus omnia facit tempore suo. Tempore opportuno. Tempore gratiæ. Die salutis*. Et simil. Eccl.3.v.17 Ps.145.v.15 Esai.49.v.8


Quare prudentem temporis rationem subducere semper debemus, seu, *temporibus* (quod aiunt) *seruire*, id enim hominis prudentis est: quod ipsum etiam *mellifluus doctor* monet, dicens: *Omne tempus tibi impensum requiretur à te, qualiter fuerit expensum, &c. Parum non æstimes tempus, quod in dictis vel factis expenditur otiosis. Volat verbum irreuocabile, transit tempus irremea[bile] &c.* Imo diuinum hoc habet oraculum: *Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est*: & Apostolus: *Aptate vos tempori quoniam mali sunt dies*. Erasm. Bernhard. citant. Toßign. §. de tempor. Esa.55.v.6 Eph.5.v.16

„ Nullum est pretiosius compendium tempore, nec maius dispendium eo-
„ dem, quare cum Deus omnia faciat tempore suo, & omnia creata obseruẽt
„ tempus & positum diuinum, id ergo nos multo magis facere est æquum,
„ qui cum ratione & ad imaginem Dei creati sumus.

Est tamen quod adhuc temporis respectu fiduciam nostram grauiter firmat ac suffulcit, nempe: *cum Deus omnia tempore suo faciat, veniet etiam tempus, quo nos ex malis huius vitæ eripiet, & sistet gloriosos in regno suo*. Certe *tempus est sationis, est & messis: hic serimus in lacrymis, sed isthic in exultatione metemus*; interim patienter exspectemus tempus, quod reuelabitur in Christo Iesu, Consolat. Eccl.3 Ps.126. id. simil. Colloss.3.v.3.4

πανσώτηρι.

CERTA EST RESVRRECTIO mortuorum.



Meta æui, clangorq; tubæ, reparatioq; huius
Corporis, arbitrio ſtant, venientq; Dei:
Ergo Iuſtitia, Pietateq; (age) imbue mentem,
Quiſquis aues gelida ſurgere fauſtus humo.

Paucis

Paucis credita, plærisq; derisa est *Resurrectio mortuorum*, quod ex sacris simul & profanis perspicue apparet. Sic *Epicuri de grege porci* loquuntur libro Sapientiæ: *Casu nati sumus, postea vero ita futuri sumus, quasi non fuissemus, quia fumus est respiratio narium nostrarum, & sermo prolatus motu cordis nostri scintilla est: Quia extinctum in cinerem abiturum est corpus nostrum, & spiritus noster vt aer mollis diffunditur. Vt vmbra transitus est tempus nostrum, neq; est remeatio à morte nostra, quia obsignata est & nemo reuertitur. Age ergo fruamur præsentibus bonis, &c.* Perinde atq; prophani Gentiles dixerunt: *ede, bibe, lude, &c. præsentibus exple*

Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.

Et commune est. ——— *Spes nulla sepultis.*

Ἀνάστασις. — *Sap.2.v.2* — *ibid.v.3* — *ibid.v.5* — *Viue velut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe. Sardanapali & simil. Apopht.*

Empectæ, Soles ire ac redire posse vident, sed viciſſim statuunt ipsi, *nobis quando breuis lux occidat, & dies huius vitæ finiatur, quod nox sit perpetuo vna dormienda.*

Sadducæorum furores & Empectarum.

Astruitur tamen resurrectio mortuorum firmis atque immotis argumentis, rationibusq; cum *ex sacris*, tum *ex natura*. Cuiusmodi sunt: *Mortui tui viuent & interfecti tui resurgent*: & apud *Ezechielem*, cum restitutionem *populi Israelitici* promittit *Deus*, vtitur simili resuscitationis mortuorum: *Ecce, inquit ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris*, quem in loc. Hieron. *Nunquam poneretur similitudo resurrectionis ad restitutionem populi Israelitici significandam, nisi staret ipsa resurrectio & futura crederetur, quia nemo de rebus non exstantibus incerta confirmat, &c. Multi qui dormiunt*, inquit Daniel, *in puluere terræ, resurgent, isti in vitam æternam, illi in opprobrium sempiternum. Veniet*, ait *Dominus saluator, tempus quo mortui in sepulcris audient vocem filii hominis & prodibunt, alii, &c. Viuificabit* (Apostoli est) *mortalia corpora nostra, & conformia faciet corpori suo glorioso.* Quod & capitis nostri, *Dn. Saluatoris resurrectionē* liquido euincere ipse *Dominus* & *Apostoli* confirmarunt. Confirmat idem in nobis *inhabitans spiritus sanctus. Resurrectio Christi, resurrectionis nostræ est fideiussor. Quid? an non & natura id docet? Quod seminas non reuiresc it nisi resurgas!* quis ex *mortuo cinere vitrum* pulcerrimum confici ignorat? quis *reiuuenescentiam aquilæ* infitebitur? quis *Phœnicis reparationem*? quem *rugitu Leonem* mortuos suos pullos resuscitare latebit? vt infinita alia obmittam. Quare *ad resurrectionem iustorum* fide atque resipiscentia adspiremus. *Firmamentum Christianorum resurrectio mortuorum, miserrimi omnium creaturarum essemus*, si non esset resurrectio. At scimus, *Goelem nostrum viuere nos resuscitaturum.* Semper igitur, *insonet auribus nostris vox tubæ & iudicis: surgite mortui, & venite ad Iudicium.*

Fundamenta resurrect. — *Esa.26.v.19* — *Ezech. 37.v. 12* — *Hieron. in Ezech. in h.l.* — *Dan.12.v.2* — *Ioh.5.v.28* — *Phil.3.v.vlt.* — *Ioh.14.v.3* — *1.Thes.4.v.14.* — *Rom.8. v.11* — *Tertull. lib. de resurrect. carnis.* — *1.Cor.15.v.36* — *Ps.103.v.5.* — *via[illegible]* — *Luc.14.v.14* — *Aug vid[illegible]* — *1.Cor.15.v.19* — *Iob 19.v.25.26* — *Hieronym.*

OMNES SISTENTVR TRIbunali Christi.



Iudicis aduentu micat æthra, & cuncta tremiscit
Κτίσις, & ad sancti Iudicis ora stupet.
Qui vigilat fidens est parte beatus ab omni,
Ad dextram stabit, & cœlica regna petet.

SOLIDA atq; immota rupe diuini decreti fundatum est extremum iudi- *Iudicium nouissimum.*
cium in fine seculorum celebrandum Dei nomine à filio Dei Dn. nostro Ie-
su Christo, iisdemq; fere, quibus resurrectio, astruitur argumentorum ra-
tionumq; fundamentis. De hoc *septimus ab Ada Enoch* prophetauit dicens: *Iud.v.14.15*
Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere oēs *Etiam Ouid.*
impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris, *lib.1.metam.*
quæ locuti sunt contra eum peccatores impii. Omnia aget Deus, inquit Ecclesiastes, *in* *consent.* *Eccl 12.v.vlt.*
iudicium, etiam ea quæ occulta sunt, siue bona ea sint, siue mala: Replebitur adhuc verbū *Rom.14.v.11.*
Dei, mihi flectetur omne genu: Omnes sistemur ad tribunāl Christi, vt vnusquisq; acci- *12.*
piat prout meruit in vita, siue bona, siue mala. Totus iudicii diuini processus in sa- *2.Cor.5.v.10*
cris ordine descriptus est. *Veniet Iudex conspicuus* in humana nostra natura,
quam de nobis sumpsit. *Veniet non in* humilitate, tanquam olim iudicandus, *Act 1.v.11*
sed in maiestate tanquam omnem carnem iudicaturus. Venientem stipa- *Matt.25.v.31*
bunt *Angeli, & Archangeli*, omnesq; *electi* tum beati: *Vorax ignis* circa eum, &
flamma lambens iuxta eum. Veniens insonabit de solio gloriæ: *Surgite mortui &* *Ps.50.v.3*
venite ad iudicium, hæc est *tuba Archangeli* & *vox filii hominis, quam audient qui in* *Ioh.5.v.28* *1.Thess.4.v.*
sepulcris sunt, audient & reuiuiscent, reuiuiscent ac prodibunt: Superstites *16*
autem quos inuenerit dies Domini censoria, *immutabuntur momento q.* à cor- *1.Cor.15.v.51*
ruptione ad incorruptibilitatem, à mortalitate ad immortalitatem, omnes
autem *rapientur in occursum gloriosissimi* Iudicis, & sistentur tribunali eius, in *1.Thess.4.v.15* *16.17*
nubibus: *fiet autem sequestratio, piorum fideliumq; cœtus à dextris*, lerna impiorum *Matt.25.v.*
atq; infidelium sistetur à sinistris iudicis, *quemadmodum segregat Pastor à pecore,* *32* *ibid.v.34*
hædos: in illos definitiuam feret sententiam: *Venite patris mei benedicti, in regnū quod* *ibid.v.41*
paratum est vobis ab initio. His dicetur: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus*
est diabolo & angelis eius. Iustissimum erit Iudicium istud, feretur sentētia *ex li-* *Apoc.20.v.* *12.13*
bris legis Euangel. conscientiarum. Feretur & mandabitur ex[illegible]cutioni
è vestigio; *venient illi in vitam æternam: ibunt hi in ignem æternum*, eritq; duru[illegible], *Matt.25.v.* *vlt.*
his contra stimulum calcitrasse, videbunt enim *in quem pupugerint*, rident quidem *Apoc.1.v.7*
hæc Empectæ, dicuntq;: *vbi est promissio aduentus eius*, sed eo ipso probāt filii[illegible]s
esse se Satanæ. *Beatos autem, qui* cum *virginibus sapientibus*, oleum in lampadib[illegible] *Pet.3.v.3*
habentes, *vigilantes* atque *orantes per mille tribulationes* & angustias exspectant [illegible].25.v.1. *&c.*
sponsum IESVM CHRISTVM, vt cum eo in Nympheion perrennis gaudii
ingrediantur. O iterum! & terq; quaterq; beatos! ex horum numero nos *ἀρχὴ.*
esse velit faciatque DOMINVS IESVS CHRISTVS, salus
nostra. *Eia veni! Fiat. Fiat.* *Apoc.vlt.v.vlt.*

INDICVLVS TRIPLEX, RERVM, QVÆ CONTINENTVR, ET VERBORUM: auctorumque qui allegantur in hoc libello.

A.

Aristo-

Fides

FINIS.

N.º 2

110
55

[illegible] —

Vale — [illegible]

— Viridarium Hieroglyphico Morale —

— Cpaenesis iberica ————

— Tractus de Pileo ————